paſcua. ꝛ iõ arcentur a paſcuis ne nimis
impiguentur. quere ſupra de oue.

## Capitulum VI

**De apro**

Aper eſt porcus ſilueſtris vł agre
ſtis qꝛ ſeuiſſimus eſt ꝛ immitis
vt di. Iſi. li. xij. ca. i. et dicit̃ aper
q̃ſi afer a feritate. qꝛ ſm q̃titatẽ ſui cor
poris ferus eſt ꝛ crudelis. Vñ ꝛ apḋ gre/
cos aper fiagres. i. ferus vulgariter nun/
cupat̃. Dicitur aũt a latinis verres eo ꝙ
grandes habeat vires ſicut idẽ dicit ibi
dem. Scḋm aũt Pli. et Aui. Aper ẽ aial
valde ſeuum qꝛ vix caſtratus ſe exhibꝫ
manſuetum. cũ cetera aialia ablatis teſti
culis amplius manſueſcũt. Aper igit̃ in
ps. lxxix. dicit̃ ſingularis ferus. quia cul
mis pfecte ꝓductis audacior factus ſe
gregat et ſeorſitat ſe a grege. ſingulari/
ter querens paſtum. Eſt itaq̃ aper tan/
te feritatis ꝙ etiam puidens cõtra vena
toris ferrum intrepide ſe infigit. et etiã
iam tranſfixus contra ſibi reſiſtentem vi
res recolligit vt culmis vindicet ſe ↄ ad
uerſario. etiam in mortis piculum con/
tra hoſtis venabulum mira audacia ſe ex
ponit. culmos duos habet in ore adũco ꝫ
fortes ꝛ acutus cum quibus om̃e ſibi re/
ſiſtens ſecat crudeliter et dilaniat. Cul
mis aũt vtitur ꝓ gladio ad pugnandum
in latere dextro habet os duriſſimũ latũ
et ſpiſſum qḋ ſemꝑ opponit venabulo ꝑ/
ſequẽtis. nam oſſe illo ꝓ clipeo ad ſe ꝓte
gendũ vtitur. ſentiens ſibi imminere bel
lum acuendo culmos contra arbores eos
fricat. et ſic an hebetatam aciem habeant
cõfricando ad laborem ipos ꝓbat. ſi ſen
ſerit hebetatos origanũ querit et maſti/
cat cuius ꝟtute culmoꝝ radices mũdifi/
cat ꝛ conforat. vt di. Auicen. Pli. in lib.
xxviij. ca. x. dicit ꝙ vrina apri medet̃ vi/
tijs aurium ſi cum oleo roſaceo miſceat̃
Similiter eius fel valet contra calculũ
vt dicitur li. xxviij. ca. xl. Et ẽ ei ita gra/
uis ſua vrina vt niſi egeſta fuerit. ſurge/
re non poſſit imo opprimitur vt defunctꝰ.
nam exuri traduntur ex vrina. Itẽ ideꝫ
ad coitum ſtimulat fel aprinum. Dicit̃
etiam idem libro. v. porcus agreſtis mul
tũ diligit radices et culmis incidit ter/
ram et fodit et ſcindit radicem culmo et
impinguatur quando quieſcit ꝑ ſeptem
dies et maxime quando parum potat. ꝛ
ꝑliatur cum lupo quia ipſum odit natu/
raliter. nam lupus inſidiatur filijs ſuis
et ſepius rapit eos. et ideo vt dicit ideꝫ
lib. viij. Dedit natura apro culmos ad
defendendum feminas et filios ſuos. qꝛ
femine ſunt debiliores in ſe ꝛ peioris cõ/
plexionis. Nam mares ſunt audacio/
res et vires habent feminis fortiores.
Femina tñ ſeuit irata ꝛ fodiendo ledit̃.
et dentibus mordẽdo ꝛ dilaniendo. Aper
vero ledit culmis ſurſum feriendo. et iõ
parũ poteſt ledere ꝓſtratum ꝛ iacenteꝫ.
et femina parũ ledit ſtantem ꝛ dũ aper
iraſcit̃ ꝛ pugnat ſpumat ore. ſilr dũ luxu
riat ci vrore. Omia ſupradicta recitat pli
niꝰ. ꝛ addit iã dictis in li. viij. c. ij. vbi dic

Apros ⁊ alios porcos ꝺentatos naſci e/
nigidius tradit. Ineſt aūt marib⁹ apꝛis
maxima aſꝑitas ⁊ feritas animi quādo
ſunt in amoꝛe. qꝛ tunc ꝓ vxoꝛibus atro
citer pugnant vngulis terram ſcalpunt
ſetas erigunt. culmos vibꝛant et⁹ quaſi
unt. et hoꝛrendo gemitu furiam pectoꝛiſ
tunc oſtendūt. parum etiam tunc come/
dunt. diſcurrunt poſt feminas. et iō attē
nuantur plurimū ⁊ matureſcūt. In hoꝛ
rendis et vmbꝛoſis vallibus et nemoꝛi/
bus manſiones querunt vbi cuſtodiunt
fetus ſuos. ꝺe radicibus et arboꝝ ſilueſtri
um fructibus viuūt. qn̄ venatoꝝ inſult⁹
vel lupoꝝ impetus ſen. iunt filios ſuos.
ꝓcedunt et eis nō patet locus fuge ꝓ fi/
lioꝝ ꝺefenſione periculoſe exponunt. quā
do ꝺelent dimicare attritu arboꝝ indu/
rant coſtas ſuas et ſe inuoluūt in luto et
ꝺeſiccant ad ſolem et inter pilos lutū cō/
glutinant et inuiſcant. vt ſic ſecuri⁹ ad/
uerſarioꝝ ictus ſuſtineant in cōflictu. A
reſto. li. vi. Femine apꝛoꝝ poſt ꝑtū ſunt
aſpere ⁊ crudeles. et crudeli moꝛſu filio/
rum ſuoꝝ dilaniant inuaſoꝛes. Hucuſ/
ꝫ Pli. Eſt āt caro apꝛia vt di. yſa. mag/
ſicca ⁊ minus frigida ꝗꝫ poꝛcina ꝺomeſti
ca. et hoc eſt ꝓpter motus ſui cōtinuitatē
et victus ſiccitatem ⁊ aeris cui continue
exponitᷣ caliditatem. iō eius pinguedo ē
durioꝛ ⁊ caro delicatioꝛ ad edendū et ꝓ/
pter hoc verres ꝺomeſtici vehemēter agi/
tantur ⁊ verberantur anteꝗꝫ occidantur
vt eoꝝ carnes teneꝛioꝛes ⁊ ſapidioꝛes ex
motus violentia efficiantᷣ. De apꝛo eti
am di. dyaſc. ꝙ eius fimus ꝺeſiccatus et
cū vino ⁊ aqua bibitus eijcientibus ſan
guinem ſingulare eſt remediū. Lateris
doloꝛes cū aceto curat fracta oſſa conſo/
lidat et confirmat. quere infra ꝺe poꝛco.

## Capitulū VII

### De aſino

Aſinus a ſedendo eſt dictus ꝗſi
aſſedus qꝛ hoīes ſuꝑ aſinos ſede
bant anteꝗꝫ vſum equoꝝ habe/
rent. vt di. Iſi. li. xij. aīal quippe eſt ſim/
plex ⁊ tardū. et iō nō fuit ꝺe facili ſubie/
ctū hūanis virib⁹ ⁊ ꝓſtratū. vel dꝛ ab a
qꝺ eſt ſine ⁊ ſinos qꝺ eſt ſenſus ꝗſi aīal
ſine ſenſu. inde dicitur aſellus. i. iuueniſ
aſinus qui pulcrioꝛis eſt foꝛme ac diſpo/
ſitōis. qn̄ etate ē tenell⁹ ꝗꝫ qn̄ ſenex effi
citur et antiquus. naꝫ ꝗꝫto magis fit an
noſus tanto plus quotidie fit ꝺefoꝛmis
hiſpidus ⁊ villoſus. eſt aūt aīal melāco/
licū frigidū. ſ. et ſiccū. et iō naturalitᷣ pō
deroſum tardū atqꝫ pigrum ſtolidū ⁊ ob
liuioſum. tn̄ onerіferū eſt ⁊ patiēs labo/
ris vili ⁊ modico vtens cibo. Inter tribu
los eui et ſpinas ac carduos carpit cibū
ſuum. et iō di. Aui. li. viij. Similitᷣ are/
ſto. ꝙ aſinus minutis auibus inter ſpi/
neta ⁊ cardineta nidificantib⁹ ē exoſus.
et iō minuti paſſeres pugnāt ꝯtra eum.
qꝛ comedit ſpinas in quib⁹ nidificāt paſ
ſeres illi. ⁊ cōfricat ſe ad ſpinas illas vn̄
cadūt pulli eoꝝ paſſeꝝ ſiue oua. et qn̄ aſi
nus rudit ex eleuatione capitis et foꝛti
flatu mouentur ſpine et exhoꝛrēdo ſoni
tu ſeu rugitu terrētur auicule ⁊ fugiunt
ꝺe nido ſuo ꝓpter iſta ſaltāt mr̄es ſuper
ipſius faciem et impetūt eius oculos atqꝫ
ꝑcutiūt roſtro ſuo. et ſi habet aſinus vul
nus in ꝺoꝛſo vel in latere ex ſpinaꝝ pun
ctura vel quacūqꝫ alia ꝺe cauſa pungunt
eum cū roſtro ſuo in vulnere vt recedat
a loco nidi ſui. et cum talis paſſercul⁹ ha
bet coꝛp⁹ minutiſſimū vix pōt aſin⁹ ſe ꝺe
fendere contra eius impetum atqꝫ moꝛ
ſum. dicit etiaꝫ Areſt. ſicut ⁊ Aui. ꝙ coꝛ
uuus valde odit aſinū et iō volat ſuꝑ ip
ſum ⁊ temptat tangere oculos ſuos ro/
ſtro ſuo. ſed iuuat aſinum ꝓfunditas o/
culoꝛum et ſpiſſitudo coꝛij ciliorum qui
bus contra moꝛſus auium claudit et te/
git viſum ſuum et etiam cooperatur pro
ceritas aurium et mobilitas cum qui/
bus terret auiculas qn̄ infeſtāt viſuꝫ ſu
um. Item Areſtote. lib. viij. Urſus pu/
gnat cum aſino et thauro quoniaꝫ come
dit crudas carnes et hec eſt cauſa ꝗre pu
gnat contra eos. quoniam eoꝛum carni/
bus appetit ſaciari. De aſinis autem di
cit Pli. li. xxviij. ca. vlti. vngule aſinine
fumigate partum adiuuant intantū vt
etiam aboꝛſus euocetur. nec aliter ꝺebet
addi qꝛ viuū partum necant ſi diu ⁊ fre
quenter apponantur. eiuſdē animalis fi
mus recens ſanguinis pꝛofluuium mire

ſedat. Eius iecur valet contra caducos
moꝛbos puuloꝝ Pli. li. xxviij. c. x. lac aſi-
ne ſicut ⁊ ſanguis valet cõtra moꝛſũ ſcoꝛ-
pionis. Si quis etiã aſino dixerit in au-
re ſe ꝑcuſſum a ſcoꝛpione tranſire ꝓtinꝰ
malũ dicunt. a facie etiam fumigatiõis
pulmonis aſini fugiũt oĩa venenata. di-
citur etiam in eo. ca. ix. lac aſininũ valet
cõtra gipſum venenoſum. cõtra ceruſam
vel argentũ viuũ. Item li. ix. oſſa aſini ꝯ-
trita ⁊ decocta valent cõtra venenũ ſi eo-
rum decoctio bibatᷣ. Item vꝛina maris
aſini cũ nardo capillos multiplicat ⁊ cõ-
ſeruat. De aſinis autẽ di. Pli. li. viij. ca.
xliiij. Aſinus eſt aĩal magni frigoꝛis im-
patiens. ⁊ iõ in frigidis regionibus vt ĩ
ponto nõ generantᷣ. Item di. Areſt. cum
aſinus ſit multe frigiditatis ⁊ ſiccitatis
multe tñ eſt luxurie. ſed nõ mouetᷣ ad coi-
tum ante q̃ʒ ſit triginta menſiũ etate ſed
non generat ante q̃ʒ ſint tres anni cõple-
ti aut duo ⁊ dimidius. vñ di. Pli. ibideʒ
ꝑtus aſini a. xxx. menſe eſt ociſſimus. ſʒ
a trimatu legitimus. Idem di. Areſt. li-
bꝛo. v. ⁊ ſubdit Pli. raro geminos parit
et qñ fetum eſt ꝑitura lucem fugit ⁊ te-
nebꝛas q̃rit. ne ab hoĩe videatᷣ. ꝑtum ſu-
um amoꝛe nimio diligit intm̃ ꝙ etiaʒ ꝑ
ignes ad fetum vadit. aquas tranſire et
pedes in eis tingere multũ hoꝛret. ⁊ quã-
do cogitur aquã vel riuum euadere ĩ ip-
ſo mingit. nec tranſeunt aſini volũtarie
ꝑ pontes vbi ꝑ planicies pontis poſſunt
videre aquã defluentem. debile enĩ habʒ
cerebꝛum et patiuntᷣ de facili vertigineʒ
ꝓpter qđ timent ꝑ rimas pontis cadere ĩ
aquam quã conſpiciũt ſub ponte tranſe-
untem. nec bibunt de facili niſi aſſuetos
fõtes qui ſunt in pecuarijs ad quos poſ-
ſunt ire ſicco pede. et qđ mirum eſt dictu
quãuis multũ ſitiant ſi mutentᷣ aque ei
vix potant niſi ſint illi ſiles quas frequẽ-
tant. Item Pli. li. xxviij. ca. vij. ſi aſina
comederit oꝛdeũ intinctũ ſanguine mẽ-
ſtruali tot annis nõ cõcipiet quot grana
comedit ſic inticta. Et ex aſino ⁊ eq̃ mu-
lus gignitur. ſed ad tales ꝑtus eligũtur
eque que neq; quadriẽnibus ſint mino-
res neq; decennibus maioꝛes. nec cõmi-
ſcentur paſſim ad inuicem. Hoꝝ aĩaliũ
duo ſunt genera ſcʒ equꝰ cũ aſina. ⁊ aſinꝰ
cum ipa equa. imo vnũ genus ab alio ſe
cohercet niſi in infantia lacte hauſto mu-
tuo nutriantᷣ. et ꝓpter hoc paſtoꝛes mu-
los vel burdones ex diſparibus aĩalibꝫ
gigni cupientes dicũtur vti iſta arte. nã
iuuenes equaꝝ pullos in tenebꝛis ſubij-
ciunt vberibus aſinarũ ⁊ enutriũt eos la-
cte aſinino. et tales pulli equoꝝ adulti
iam effecti ad aſinarum cõiunctiõem tẽ-
poꝛe coitus cõmouẽtur ſimiliter pullos
aſinaꝝ in tenebꝛis ſubijciũt mãmis eq̃ꝝ
et aſelli tali lacte iumẽtino nutriti eq̃s
inuadunt qñ adoleſcũt. Ex tali aſini ⁊ e-
que cõmixtione generatur aĩal quoddã
qđ antiqui vocabãt hynnulũ alias hĩnu-
lum. nos autẽ dicimus eũ burdũ. ſicut ge-
nitũ ex aſino ⁊ equa dicũt mulũ. Areſto-
te. autẽ li. xv. ſi aſinus coeat cũ equa imp-
gnata eque coꝛrũpitᷣ cõcep[illegible] ꝓpter fri-
gus ſpermatis ſui. ſperma [illegible]i aſinoꝝ eſt
frigidiſſimũ naturaliter ⁊ materia eoꝛuʒ
materia autẽ eq̃ eſt calida. ⁊ iõ qñ miſcetᷣ
calidũ cũ frigido fit tꝑamẽtũ. tũc ex eis
põt fieri cõceptus ⁊ ſaluari fetus. qñ ſcʒ
equi aſinoꝝ fẽis cõmiſcentᷣ. ſilr qñ eq̃ aſi-
nis maribꝫ ſupponũtur. ſed filius aſelli ⁊
eque ſcʒ mulus nõ cõuenit generationi
nã vtriuſq; pntis frigiditas ſcʒ naturalꝭ
⁊ cõplexionalis in ipo dñatur. et iđo ex
mulis aliud nõ generatur vt di. idẽ. Itẽ
ibidẽ di. idẽ. ſi aſina cõcipit ab equo ſub-
ſequẽs aſini coitꝰ cũ eadẽ facit eã aboꝛti-
re. cuiꝰ rõ eſt vt di. Aui. q2 frigiditas ſe-
minis aſinini ſupueniẽtis coꝛrũpit ⁊ de-
ſtruit tꝑantiã ſemis equini ꝓcedẽtis ⁊ ſe-
mẽ aſini frigidũ ẽ ex cõplexiõe ⁊ ex ſexu
et coꝛrũpit ſemẽ eq̃ ad tꝑantiã diſponẽ-
tis. vñ qñ ſupuenit ſubito aſini ſem̃ na-
turalr ſiue cõplexionalr frigidũ cũ frigi-
ditate ſexuali intẽſa frigiditate coꝛrũpi-
tur ꝓcedẽs tꝑantia ex calido eq̃ ſemĩe et
frigido aſine ĩtroducta. ⁊ iſta ẽ rõ quare
oĩs mulꝰ vl mula ẽ ſterilꝭ. vt di. Aui. q2 in
pr̃e muli. ſ. i aſino ẽ exceſſꝰ frigiditatꝭ cõ-
plexiõalis. ⁊ in mr̃e. ſ. i eq̃ remiſſꝰ ẽ caloꝛ
rõne ſexus. et ideo quãuis caloꝛ ſeminiſ
matris ſcʒ eque tempet ſemen frigidũ a-
ſini vt aĩal generetur in genito tñ rẽa-
net generãtiũ ꝑdñans frigiditas q̃ natu-

taliter diſponit ad ſterilitatem. Eſt aūt
quedam ſpecies aſini que dicitur indic⁹
aſinus habens in capite in medio fron/
tis cornu vnum. et non habet niſi vngu/
lam vnam in quolibet pede. Omne enī
animal habens duo cornua habet in pe/
dibus vngulā ſciſſam. et iō aſinus indic⁹
non habet niſi vnū cornu. qꝛ vngulam ñ
findit. vt di. Areſt. li. ij. non tū oīe aīal
fidens vngulam habet cornua. ſed poti⁹
ecōuerſo ſi habet cornua findit vngulas
vt in thauro. ceruo. oue ꝛ hmōi. vt ibi/
dem di. Areſt. Item di. Areſto. li. vij. a/
ſinus ꝛ mulus ſicut equus comedunt fru
ctus ꝛ paſcūtur herbis et impinguantur
ab aqua ꝛ diligunt plus aquam turbidā
ꝙ claram. Uacca autem ecōuerſo plus
diligit aquam claram ꝙ turbidā. Item
Areſt. li. eo. aſini in maiori pte infirmāť
vna infirmitate. et diciť milide. ꝛ eſt hec
infirmitas prius in capite ꝛ currit a na
ribus fleuma multum calidū. ꝛ ſi deſcen/
derit ad pulmonem aſinus morietur.
et hoc animal ſentit frigus plus omni a
nimali. ꝛ propter hoc nō inueniť ī ꝯtra ſep
tentrionis. Sunt aūt vt di. idem ſpon
dilia dorſi aſini fortiora ꝛ neruis fortio/
ribus compaginata. a pte poſteriori cir/
ca clunes .i. renes ꝙ a pte anteriori. ꝛ iō
in ipſius dorſo potius circa renes ꝙ circa
humeros grauiora onera īponunť. poſt e
quinoctiū vernale moueť ad libidinē et
tunc rudit horribiliter ꝛ terribili ſonitu
feminam excitat ad amorem. Uentū aūt
odorem femine eius naribus deferentez
attrahit. ꝛ eꝰ attractu ad libidinis deſide
riū inardeſcit vt di. Pli. Alias ſiquidez
habet aſinus cōditiones miſeras oībus
fere notas. nam ſupra vires laboribꝰ ex/
ponitur. fuſte ceditur. ſtimulo pungitur.
chamo os eius cōſtringiť. hincinde cir/
cūducitur. ꝛ eiuſdem chami refrenaculo
ab illis paſcuis ꝑ que tranſit ſepius co/
ercetur. poſt labores caſſos in fine moriť
nec ꝑ ꝓcedentis laboris ſeruitio pꝰ mor
tem ſaltum ei cutiſ dimittiť ſed aufertur
et cadauer ſine ſepultura aeri exponiť ni
ſi incꝯtū in canū ꝛ lupoꝝ ventribus deuo/
ratiōis gratia aliquotiens ſepelitur.

¶ De angue ¶ Capitulum. viij.

Anguis vocatur omne ſerpenti
num genus qđ torqri et plicari
poteſt. Et hoc enī anguis eſt di/
ctus ꝙ eſt anguloſus ꝛ nunꝙ incedit re
ctus vt di. Iſi. li. xij. et đr anguis ſerpēs
eo ꝙ in occultis acceſſibus ſerpit. nō enī
apertis paſſibꝰ ſed minutiſſimis ſquama
rū niſibꝰ ſiue ꝯtractibꝰ repit. et cōputať
inter reptilia. eo ꝙ pectore et ventre re/
pat vt di. Iſi. li. xij. diciť etiā coluber eo
ꝙ colit vmbras. vel qꝛ in lubricos cōtra/
ctus ꝛ flexuoſus labiť. nam anguis labiť
dum teneť. Sunt anguiū ſeu ſerpentum
multa genera ꝛ quot ſunt genera tot ſūt
venena. tot pnicies quot ſpēs tot dolo/
res quot colores vt di. Iſid. li. xij. Et ſic
differunt angues in ꝙtitate ita in vene/
ni malignitate. ſunt eī quidā agues ma/
ximi vt di. Pli. li. viij. c. xvi. Scribit in
quit megeſtenes in india ſerpentes ī tā/
ta magnitudine coaleſcere vt integros
deuorent ceruos atꝙ thauros. vñ et pu/
nico bello iuxta flumen bragadam a re/
gulo impatore interfectus eſt cum bali
ſtis ꝛ tormentis vnus anguis. cxx. pedes
habens longitudinis cuius pellis et ma/
xille fuerunt ſuſpenſe ante quoddam tē
plum rome et durauerunt vſꝙ ad bellū
numantinum ſub claudio ceſare. In ita
lia fuit quidam ſerpens interfectus ī cu
ius aluo quidam puer integer eſt repꝰ.
et tales ſerpentes maxime ledunt nunc
morſu. nunc flatu. nunc caude ictu. nūc
tortura. nunc punctura. nunc aſpectu.
Sunt et alij ſerpentes ita exigui quidez
corpore ſed maximi ſunt nocendi poteſta
te. diſpas enim ſerpens vt di. Iſi. tante
exiguitatis ē vt cū calcať vix videť. cuiꝰ
venenū extinguit anteꝙ ſentiať nec in/
ducit triſticiam morituro. Unde poeta
Lucanus. Signiferum iuuenem tireni
ſanguis albū. Torta caput retro diſpaſ
calcata remordit. Uix dolor aut ſenſus
dentis fuit. ⁊c. ita dicit Iſidoř. ſimiliter
tirus minimus eſt ſerpentulus. et tamē
vt dicit Areſto. li. vij. contra eius mor/
ſum vix inuenitur remedium. et differt
in figura et diſpoſitione. nam alij habēt
duo capita vt amphibena. de quo Iſido/
rus libro. xij. dicit. Amphibena eſt dicta

eo q̄ habeat duo capita. vnum in princi-
pio. aliud in cauda. currēs ex vtroq; ca-
pite tractu corporis circulato. hec ſola ſer-
pentū frigori ſe cōmittit pruina omni p̄
cedens. Item etiam dicit Pli. li. viij. c.
xxiij. habet inquit amphiſbena duplex
caput tanq̄ parum eſſet vna ore venenū
fundi. ſunt etiam aliqui ſerpentes habē
tes plura capita vel duplicata vel tripli-
cata vel quadruplata. ſicut idem di. Iſi.
ydra eſt ſerpens multorum capitū qualis ap-
paruit in prouintia archadie in palude. ⁊
dicitur q̄ vno ceſo tria capita creſcebant
ſed hoc fabuloſum eſt. nam conſtat ydrā
fuiſſe locū euomentem aquas vaſtātes
vicinam ciuitatem in quo vno meatu
clauſo multi erumpebant. Quod hercules
videns loca exuſſit. et ſic clauſit meatus
aque et p̄ tanto dicitur hercules ydrā ſer-
pentem quinq; capitum occidiſſe. vt di.
Iſi. li. xij. Item differunt ſerpentes i co-
loris varietate. nam quidam ſunt nigri
et quidam ſunt rufi vt tirus. et illi ſunt
peſſimi. et quidam maculoſi ſicut ſcita-
lis ſerpens qui vt dicit Iſi. Tanta p̄ful-
get tergi varietate vt notarum gratia i
ſui admirationem inducat intuentes. ⁊
qꝛ reptando eſt pigrior ⁊ quos aſſeq̄ nō
valet miraculo ſui ſtupentes capit. ⁊ q̄
to magis eſt diſcolor tanto eſt deterior.
quia eius venenū acutiſſimum ⁊ calidiſ-
ſimū eſſe dicitur. Nam ille idem āguis tā-
ti eſt feruoris vt etiam hyemis tp̄e exu-
uie eius de corpe depoſite ſint feruentes.
Vñ Lucanus. Et ſcitales ſparſis etiam
nūc ſola pruinis. exuuias poſitura ſuas.
vt dicit Iſi. ⁊c. Similiter ophites ē ſer-
pens maculis depictus qui tot habet no-
cendi modos quot habet colores varios
et diſtinctos. vñ Luca. Quam paruis
pictus maculis thebanus ophites. Cō-
color exuſtis ⁊c. Item differunt in loci ⁊
ſitus diuerſitate. nam quidam latitant
in cauernis terre et lingūt puluerem et
ſugunt terre humoroſitatem vt di. Pli.
Alij ſunt aquatiles qꝛ in aquis et aqua-
rum ripis cōmorantur vt enidris ſerpens
aquatilis a quo p̄cuſſi obturgeſcunt in
ydropiſim quam multi bouam vocāt. qꝛ
fimo bouis remedietur. vt dicit Iſi. li. xij.

Similiter eſt rinatrix ſerpens dictus ve-
neno aquas inficiens. omnem enim fontē
in quo fuerit veneno inficit. vt di. Luca.
rinatrix violatrix aque ⁊c. Iſi. li. xij. Alij
morantur in ſiluis et ſpecubus vmbroſis
quorum venationes ſunt volucres et beſtio-
le minores quarū ſugunt humiditatem
vt di. Areſt. li. xiij. et tales ſerpentes in-
ſidiantur dormientibus et ſi aliquorum hoim
vel aliorum aīaliū orificia inuenerint aper-
ta illa ſubintrant diligentes calorē quē
inueniunt ibi pariter et humorem. ſed cō-
tra tales angues pugnat ſaura beſtia ſcʒ
modica. i. lacertula. Nam ſentiens ſau-
ra ſerpentis p̄ſentiam ſaltat ſup faciē dor-
mientis ſcalpens pedibus. vt eum exci-
tet et p̄muniat cōtra āguem vt di. Auic.
Et eſt ſaura vt di. Iſi. li. xij. lacertus qui
qñ ſeneſcit eius oculi excecantur et tūc in-
trat foramen parietis aperiens oclos cō-
tra orientem et orto ſole intendit ⁊ illu-
minatur. Dicūtur autem quedā angui-
um ſpecies habitare in igne. vtʒ in ſala-
mandra que noīatur ab Iſi. et Pli. inter
venenoſa. ſalamandra enim vt dicit Iſi. li-
bro. xij. eſt noīata eo q̄ valens ſit ⁊ potēs
cōtra incendia cuius inter omnia vene-
noſa vis maxima eſt. Cetera enim venēo-
ſa ſingulos feriunt. hec plurimos ſimul i-
terimit. naʒ ſi arbori irrepſerit oīa poma
inficit et eos qui ea ederint perimit et oc-
cidit. ſi etiam in puteo cadat potantes i-
ficit vis veneni Iſta quidem cōtra incē-
dia repugnās ſola inter aīalia extinguit
ignes. viuit etiam medijs flammis ſine
cōſumptione pariter et dolore. nec aduſtiō-
nem ab igne recipit ſed ipm̄ incendium
mitigat vel extinguit. vt dicit ibidē Iſi.
Idem p oīa dicit Pli. li. x. c. xlvij. ſalamā-
dra inquit eſt ſimilis lacerte in figura.
nunq̄ apparet niſi quando multū pluit i
ſerenitate deficit. huic eſt tantus frigidi-
tatis rigor vt ignem extinguat ſicut glaci-
es. Lacteam de ore ſanieʒ euomit ex cu-
ius cōtactu corporis hominis pilos p̄dit.
qd inde contactum eſt in colorem vergit
turpiſſimum. Item differunt in īceſſus
qualitate. nam quidam ſerpunt flectuo-
ſe ſemp̄ ſiue tortuoſe et quidam ſemp̄
recte ſicut dicit Iſi. li. xij. centris inquit

eſt ſerpens inflexuoſus qui ſemꝑ rectum efficit iter ſicut dicit lucan⁹. Eſt ſemper recto lapſurus limite centris. Similiť aliquis incedit curu⁹ ſuꝑ pectus et aliqͣs incedit a pectore ſurſum rectus. ſicut quidam ſerpens aquatilis ꝛ terren⁹ nomine chilidros. qui ꝑ locum ꝑ quē labitur expirat virus ꝛ fumare facit ſicut dicit lucanus. Tractiqꝫ via fumāte chelidri. hic ſemꝑ ambulat directus ꝛ erectus capite. nam ſi torſerit duꝫ cucurrerit ſtatim crepat. vt di. Iſi. li. xij. Item differūt in velocitate ꝛ in tarditate. Nam quidam ſūt valde tardi mot⁹ vt ſcitalis de quo ſuꝑa dictū eſt. ꝛ quidā ſunt ita velocis inceſſus ꝛ leuis motus ꝙ volare videntur vt ſerpēs qui dr̄ iaculus volat vt iaculū exilit eni de arboribꝫ ꝛ dū aliqͦd aīal obuium fuerit iactat ſe ſuper ipm perimitqꝫ. Unde ꝛ iaculi ſunt dicti vt dicit Iſi. Similiter in arabia ſunt ſerpētes cū alis q̄ a multis ſirene vocanť. que plus currūt q̄ꝫ equi. ꝛ ideo volare dicunť quoꝝ tātū eſt virus vt morſum aſi mors ſequať q̄ꝫ dolor. vt dicit idem. Itē differūt in maligna ſagacitate. vt patet in ceraſte ſerpente cornuto q̄ ſe abſcōdit ſub arena et oſtētat cornua ſua. vt ex eoꝝ oſtētatione alliciat velut ad eſcam beſtias ſiue aues. cornua eni habet ad modū arietis q̄ nuda ſuꝑ arenam et directa dimittit ad q̄dum volucres vel animal acceſſerit non ipm arietem ſed virulentū anguem ꝑ experientiā comprobabit. Similiter boas anguis vt dicit Iſi. immēſa mole in ytalia ſequiť greges armentoꝝ vt bubalos ꝛ calide vberibꝫ irriguis lacte ſe innectit et ſugēs interimit atqꝫ inde a boū depopulatione nomen accepit boas. vt dicit Iſido. Multa ſunt alia noīa ſerpentū et genera vt aſpides vipere ꝛ dracones de quibꝫ poſtea diceť. Sed vt di. Iſi. li. xij. tantus eſt numer⁹ morſuum quant⁹ ꝛ nominū. Generaliter omnes angues pro maiori parte frigide ſunt nature. nec de facili ꝑcutiunt niſi cum caleſcūt. Nam quādo ſunt frigidi nullū tangūt. et ideo eorum venena plus nocēt de die q̄ꝫ de nocte. torpent enim noctis algore ꝛ merito qꝛ frigidi ſunt nocturno rore. In hyeme in nodos ſe cōuoluūt ꝛ torpent. in eſtate ſe diſſoluūt ꝛ in malicia multum vigent Unde eſt ꝙ quicūqꝫ veneno ſerpētis ꝑcutitur. primo obſtupeſcit ꝛ poſtea vbi in calefactū virus exarſerit ſtatim interficit ꝛ extinguit. Et ideo dictū eſt venenū qꝛ ꝑ venas vadit cui⁹ peſtis diffuſa ꝑ corpus aīam exigit de corpe ꝛ expellit nec poteſt ledere niſi qñ ſanguinē tangit. vñ lucanus. Noxia ſerpentū eſt admixto ſanguine peſtis. vt dicit Iſi. ꝛ ſubdit. omne venenū frigidū eſt. ꝛ ideo anima que eſt ignea fugit venenū frigidū. Inter dona autē nature que hominibꝫ ꝛ brutis ſunt cōmunia viuacitate quadam ſenſus anguis ꝓcellit. Legiť in geneſ. ſerpēs erat callidior omnibꝫ animantibꝫ terre. Dicit aūt pli. vt idem recitat Iſi. ꝙ caput ſerpentis ſi cū duobꝫ digitis euaſerit nihilomin⁹ viuit. vnde ꝛ totū corpus obijcit ferienti pro capite defenſando. Itē idem Iſido. Anguibꝫ vniuerſis hebes eſt viſus. ex aduerſo cōtueť. Nec mirum cum oculos nō in fronte habeant ſed in timporibꝫ adeo vt citius audiāt q̄ꝫ aſpiciant. Item ibidem. Nullū animal cum tanta celeritate linguam agitat ſicut anguis. ita eni cito mouet eam vt triplicē videatur habere linguā. cum tamē non habeat niſi vnam. Itē idem. Serpentuꝫ humida ſunt corꝑa adeo vt vbicunqꝫ ierint viam cuiuſdā viſcoſi ꝛ limoſi humoris inficiant ꝛ deſignent. nam veſtigia ſerpentū talia ſunt vt cū pedibꝫ carere videantur. coſtis tñ ꝛ ſquamaꝝ repunt niſibꝫ quas a ſummo gutturis vſqꝫ ad imum alui diſpoſitas parili modo habent. Nā ſquamis quaſi vnguibꝫ repunt. coſtis q̄ſi cruribus innitūtur. vnde vbicūqꝫ leditur in corꝑe ab aluo vſqꝫ ad caput. debilior redditur ad ſuū curſum ꝛ motus circuitum peragendum. quia vbicunqꝫ ille ictus inciderit ſpinam ſoluit ꝑ quam coſtarum pedes ꝛ motus corꝑis agebātur. vt dicit idem Iſi. ibidem. Item ibidem Serpentes diu viuūt etiam ſine cibo. vt di. areſto. ꝛ tante efficiūtur longitudinis dicūt vt depoſita veteri tunica ſenectam deponere ꝛ in iuuētutē redire ꝑhibeātur. Unde et ſerpentū tunice nūcupanť exuuie

S

eo ꝙ quãdo ſeneſcunt eas exuũt quibus
exuti in priſtinam redeunt iuuentutẽ.⁊
ideo eoꝝ pellicule ſic exute dicũť exuuie
et induuie.eo ꝙ exuunť ⁊ loco ipſarũ alie
iterũ induũtur.vt dicit Iſi.li.xij.Mo/
dus aũt renouationis ipſius anguis ſa
tis videť mirabilis.nam vt dicit phiſio
logus. Anguis ſe ſentiens morbo vel ſe
nio aggrauatuꝫ pluribꝫ diebꝫ abſtinet a
cibo et ieiunat vt ſic pellis eius a carne
facilius relaxeť. deinde guſtata herba q̃/
dam amara vi herbe ꝓuocať ad vomitũ
et ſic euomit humorẽ virulentũ qui fuit
cauſa ſue infirmitatis ⁊ defectus.tandẽ
vt cutem rigidã tpet ⁊ mollificet ĩ aqua
ſe balneat ac humectat ⁊ ſic anguſtã ri/
mã alicuꝰ petre ſeu cauernã querẽs p ri/
me anguſtiã intrat ⁊ cũ quadam violen
tia tranſiẽs ab exuuia penitus ſe decorti
cat ac denudat.⁊ tandeꝫ ſoli expoſitus ſe
deſiccat ⁊ in carnis ſupficie nouã cutem
recuperat. ſumptis viribꝫ clarius videt
incedit ac repit fortius.ac comedit aui/
dius ꝙ̃ ante depoſitionẽ exuuie faciebat
iſtam renouationis formã exprimit pli.
et etiam Auic.qui dicit cũ Areſto.ꝙ to/
tus ſerpens deponit ſenectutẽ.i.ſenectaꝫ
pellem.primo vſqꝫ ad oculos deinde vſ/
qꝫ ad collũ ⁊ ſic paulatim ſe expoliat to/
taliter infra diem.vt di.li.xiiij. Itẽ yſi.
li.xij.c.iiij.pitagoras inquit aſſerebat d
medulla hominis mortui que eſt ſpina dor
ſi anguẽ ꝓcreari.qđ ⁊ ouidiꝰ tangit dicẽs
ſunt qui cum clauſo putrefacti ſpina ſe/
pulcro.mutari credant humanas angue
medullas ⁊c.qđ ſi credit merito euenit.
vt ſicut p ſerpentẽ mors homini accidit.
ita p hoĩs mortẽ moriturꝰ ſerpens ꝓcree
tur.vt di.Iſi.Item di.pli.li.x.c.xlvi.an
guẽ inquit ex medulla ſpine hoĩs gigni
accepimꝰ.multa enĩ occulta ⁊ ceca origi
ne proueniũt etiã in quadrupedũ gene/
re ⁊c.Item di.Iſi.ibidem. Ferť autẽ ꝙ
ſerpens timeat hoĩem denudatũ nec cum
audet cõtingere.ꝙ̃uis inſiliat inueſtitũ
Item ſm pli.Ieiuni hominis ſputũ ſerpẽ
tibus eſt venenum ꝙ ſi inde guſtauerint
moriunť.Sunt ⁊ alie ꝓprietates anguis
mirabiles ⁊ inſignes que ab alijs auto/
ribꝫ aſſignãť.ſpecialiť a dyaſ.areſ.⁊ auic.

aliquas ex eis hic interſerere vtile iudi/
caui.Dicit itaqꝫ dyaſ.ꝙ in hyemali tpe
latitãt ſerpẽtes in tenebris et cauernis
vbi ex diuturna obſcuritate loci eoꝝ vi/
ſus hebetať.vernali ergo tpe qñ incipiunt
exire de cauernis ſentiũt caliginẽ ſed p
remedio querũt herbã feniculi vel radi/
cem cuiꝰ paſtu cõtractã excutiũt cecitatẽ
Nec fraudať a remedio.teſtudo viſceri/
bus paſta anguis vel tortuca.cũ enĩ ad/
uertit venenũ ſerpẽ querit origanũ.cuiꝰ
guſtu cõtra virus anguis inuenit medi
cinã. Idem di.pli.Auic.vo de ſerpente
ait ſic li.ij.Serpens inquit qñ eſt vorax
parũ bibit ⁊ odit odorẽ rute.⁊ ideo fugit
muſtelã qñ ſentit eam ruta fore paſtam
et qñ olfacit rutã nõ poteſt fugere. Co/
medit aũt ſerpens libenter carnẽ ⁊ fugit
eius humiditatẽ ſicut aranea fugit mu/
ſcas. ⁊ tranſglutit oua auiũ ⁊ pullos vi/
uos.⁊ qñ tranſglutit ea reducit ad poſte/
riora ⁊ expellit ipſa ⁊ nõ pmittit vt in vẽ
tre moreať. Item di.areſto.li.ij. Inte/
riora ⁊ inteſtina ſerpentũ ſunt ſimilia in
teſtinis animaliũ ouantiũ quadrupedũ.
nõ tñ habent teſticulos ſed habent vias.
ſicut ſunt vie piſciũ.⁊ matrices habẽt lõ
gas ⁊ diuiſas.et ſunt eiꝰ interiora longa
ſm longitudinẽ corporis ſui.⁊ lingue ſer/
pentũ ſunt nigre longe ſubtiles ⁊ in duo
ſciſſe ⁊ ante acute.⁊ ꝓpter hoc multũ exe/
unt ⁊ ſunt faciles ad motũ.⁊ venter ſerpẽ
tis eſt longus ⁊ ſtrictus ⁊ ſilis inteſtino
amplo.⁊ illud inteſtinũ aſſimilať inte/
ſtino canis.⁊ habet poſt ventrẽ pũũ inte/
ſtinũ pueniẽs vſqꝫ ad exitũ ſupfluitatis
et habet cor puũ iuxta collũ ſiſe reni in
aſpectu et poſt cor eſt pulmo in quo ſunt
ptes neruoſe ſubtiles ⁊ volute depẽden
tes a corde.⁊ poſt pulmonẽ eſt epar lon/
gum ⁊ extẽſum.⁊ ſup illud fel ſicut in piſ
cibꝫ maioribꝫ.ſed in minoribꝫ eſt fel ſu/
per inteſtina.⁊ ſplen in ſerpentibꝫ puus
eſt ⁊ rotũdus.Dentes aũt ſerpentũ ſunt
acuti recuruí aliquãtulũ ⁊ cõiuncti.diui
ſi tamen ſm ſerrã ⁊ habent ſerpentes co/
ſtas triginta ſm numerũ dierũ menſis.
et diciť ꝙ accidit ſerpentibꝫ idẽ qđ acci/
dit pullis yrũdinũ.vt ſi aliqs pforaue/
rit eiꝰ oculos ⁊ eruerit eos viſus iteꝝ re

nertēꝛ ꝛ caude ſerpentū ſicut ꝛ lacertoꝝ
creſcūt poſtq̄ ſunt amputate. Item om
nes ſerpentes ouāt primo interius. dein
de nō ſimul ſed paulatim eijciunt oua ex
quibꝫ generant animalia exterius exce
pto tyro ꝛ vipera. Tyrus eni ſerpens. vt
dicit Areſto. li. iiij. nō generat aīalia in/
terius ſed primo ouat interius ꝛ ex illis
ouis aīalia generant. ꝛ dicit ibidē ꝙ ma
trix alioꝝ ſerpentū eſt longa ſm creatio
nem corpis ꝛ incipit matrix eoꝝ a parte
inferiori ꝛ procedit ſupius ex vtraq̄ p/
te ſpine. ꝛ diuidit in duas partes quaſi
parietē hn̄s inter illas. et ideo ſunt oua
ſm acies i matrice ꝛ nō ouat ſerpēs oīa
ſimul ſed ſucceſſiue. Itē areſt. li. v. Ser
pentes tpe coitus ita adinuicem ſe appli
cant ꝛ inuoluūt vt patet aſpicienti quaſi
ſint vnū corp⁹ hn̄s duo capita. Itē areſ.
li. iiij. ſerpēs ꝛ maxime tyr⁹ qn̄ trāſglutit
auē vel aliquid primo ſe erigit et poſtea
ſe reſtringit quouſq̄ perueniat interi⁹ qd̄
tranſglutit. ꝛ hoc eſt qꝛ eius ſtomach⁹ p/
uus eſt ꝛ ſubtilis. ꝛ pn̄t ſerpētes diu vi/
uere ſine cibo. qd̄ patet ex ſerpētibꝫ quoſ
cuſtodiūt venditores. Itē areſto. li. viij.
Migalis id eſt muſtela pugnat ↄtra ſer
pentes ꝛ munit ſe paſtu ruta. ꝛ maxime
pugnat cōtra ſerpētes comedentes mu
res. qꝛ ipſa venat mures ꝛ māducat eas.
Item li. viij. dicit. ꝙ ſerpētes multū di/
ligunt vinū. ꝛ ideo venant cū eo. Simili
ter diligūt lac valde ꝛ ſequūtur odorem
eius. ꝛ ideo ſi alicui⁹ ventrē ſerpens ſub/
intrauerit extrahi poteſt lactis odore. vt
dicit idem vt etiā dyaſ. Item areſto. li.
xiiij. ſerpentes habent ꝓprium ꝙ poſſunt
mouere caput ad poſterius corpe quie/
ſcente. ꝛ cauſa hui⁹ eſt ꝙ armille ſpondi/
lium ſerpentū creant ex cartilagine. ꝛ p/
pter hoc ſunt bone flexionis ꝛ hoc fuit ne
ceſſarium ad aſpiciendū retro vt poſſint
vertere caput ad aſpiciendū corpus ſuū
longum atq̄ ſtrictum. aliter enim non
poſſent regere corpus ſuū niſi iuuarētur
eleuatione capitis ad toti corpori preca
uendum. Item idem in eodem. Serpē/
tes natant in aqua per corporis inflexio
nem ſicut repunt in terra. non enim de/
dit natura ſerpentibꝫ pedes ad gradien
dum. cui⁹ cauſa eſt corpis nimia longitu
do. quoniam ſi habuiſſent multos pedes
eſſent mali motus quādo eſſent ſup pi/
nulas. ſimilit ſi plures alas dediſſet val
de ꝓpinquas eſſent grauis motus. ꝛ ſi ab
inuicem eſſent remote ad ſuſtentandum
reſiduū corpus longū ꝛ flexibile nō ſuffi
cerent. ꝛ ideo qd̄ faciunt piſces habētes
pinnulas ipſarū cōtractione ꝛ aues ala
rum extenſione. hoc faciūt ſerpentes ſo/
la corporis flexione. Sunt ꝛ quidam pi/
ſces ſimiles ſerpentibꝫ in longitudine q̄
eadem de cauſa habent pinnulas paucas
vel nullas. natant corporis ſola inflexio
ne ſicut murene et piſces faſtaros qui a
nobis dicūtur congri qui marine ſūt an/
guille ꝛ hmōi. ꝛ ideo qꝛ tales piſces ſunt
ſerpentibꝫ in creatione ſimiles. habēt tā
tūmodo duas alas vel pinnulas ante et
vtuntur corporis flexibilitate loco pen/
narum ꝛ alarū. et propter hoc repunt in
terra et viuūt longo tempore etiam ſine
aqua ſicut viuūt ſerpentes ſine cibo. Item
idem in eodem. ſerpentes aūt habent vi
as ꝛ inteſtina a quibꝫ aliquādo exit ſup
fluitas ſicut habent alia animalia gene/
rantia ſed nō habent viam exitus vrine
quia carent veſica. Item ibidē in eodem
ſerpētes inuoluūtur adinuicē qn̄ conue
niunt ad coitū ꝛ amorē. qꝛ nō habent v
gam neq̄ teſticulos. carent eni virga qꝛ
nō habent crura. ꝛ carent teſticulis pro/
pter longitudinē corpis. ꝛ ſi haberēt eos
infrigidaret ſperma propter tardationē
ſui exitus. ꝛ ſic eſſet minus cōueniēs ge/
nerationi. Item idem. xviij. Non acci/
dit generationi ſerpentum error ꝛ mon
ſtruoſitas niſi raro. et hoc accidit propt
figuram matricis que longa eſt et recta
atq̄ ſtricta. vnde ꝛ oua ſerpentum ſunt
diſpoſita ſm aciem propter longitudinē
in matrice. Has ꝛ multas alias ꝓprieta/
tes anguium et naturas recitat Areſto.
quas ꝓſequi per ordinē eſſet longum. ſed
hec dicta in generali nunc ſufficiant. de
vſualibꝫ ꝓprietatibꝫ ꝛ omnibꝫ fere notis
infra dicetur in litera s.

## Capitulum. IX.

De aſpide

Aſpis eſt anguis morſu et veneno pniciosiſſimus. ab aſpgendo aſpis dictus eo ꝙ morſib⁹ venena imittat mortifera atq; ſpargat. yos enī greci venenū dicūt. vt dicit Iſid. li. xij. c. iiij. et ſequit. aſpidis diuerſe ſūt ſpecies. ⁊ habent diſpares effectus ad nocēdum. ſcȝ dipſas qui latine ſitula dicitur quia quē momorderit ſiti interimit ⁊ occidit. ypalis eſt gen⁹ aſpidis qui ſomno necat. hunc cleopatra ſibi appoſuit ⁊ ita morte quaſi ſomno reſoluta ē. Itē emorrois eſt aſpis ſic dictus. eo ꝙ illius ſugit ſanguinē quē pcutit. ⁊ qui ab eo morſus eſt diſſolutis venis fluxu ſanguinis vitā finit. grece enī emath ſanguis dr̄. Item preſter eſt aſpis horribilis ſemꝑ ore patente ⁊ virus euaporāte incedēs. de quo Lucanus. Oraq; diſtendens auidus fumantia preſter. Quicunq; ab eo percuſſus fuerit diſtenditur ⁊ enormi infectione corpis necatur. vt dicit idem ibidē. Item ſeps eſt mortiferus aſpis ⁊ tabificus qui cum hominē momorderit ſtatim eum deſtruit ⁊ conſumit ita vt morſu ſerpentis totaliter liquefiat nec ſolum corpus ſed etiaȝ oſſa veneno diſſipat ⁊ eneruat. cuius poeta ſic meminit. Oſſaq; diſſoluens cum corpe tabificus ſeps vt dicit idem. Sūt ⁊ alia genera aſpidis multa quor tanta eſt virulentia ꝙ etiā mediante lancea venenoſitate ſua perimunt ſe tangentē vt dicit Auicē. in li. de venenis. quere ſupra libro. v. ca. de venenis. De aſpide etiam in genere dicit Iſido. libro. xij. fertur inquit ꝙ aſpis cum ceperit pati incantatorē qui eam quibuſdaȝ carminib⁹ proprijs euocat. vt eam de cauerna producat. illa cum exire noluerit vnam aurē in terrā premit. alteraȝ vero cauda obturat ⁊ operit. et ſic illas voces magicas non audiens ad incantatorem non exit ⁊ eius imperio nō obedit. Hucuſq; Iſidor⁹. De aſpide vero dicit. Plinius libro octauo capitulo. xxiij. pcuſſa membra ab aſpide intumeſcunt ⁊ vix ſine partiū amputatione que ſunt contacte aliquo remedio conualeſcūt vnus autem huic peſtifero angui eſt ſenſus vel effectus. compares ſuos coniugali affectu diligunt nec ſine comparis conſortio bene viuunt. vnde alterutra interfecta incredibilis vltionis cura altera pſequitur interfectorē. ⁊ illū ſolū in quātumlibet populi agmine agnoſcens infeſtat. nititur interrūpere omnes difficultates permeat ſpacia. nec niſi veloci fuga aut amnib⁹ aut fluuijs coercet quin vltio de morte cōparis aſſumatur. ſed contra ei⁹ maliciam natura dedit remediū ⁊ medelam. hebetē enim dedit ei natura viſum. nam oculos habet in tꝑib⁹ ⁊ nō in fronte et ideo nō poteſt videre aduerſariū directe ſed oblique. ꝓpter qđ nō poteſt bene pſequi hoſtem viſu ſed potius auditu pſequitur vel olfactu. nā in his duob⁹ ſenſibus magis viget vt dicit idem. Itē dicit marcianus ꝙ aſpis nō nocet indigenis afris ⁊ mauris. naȝ illi pueros ſuos quos de ſe natos habent ſuſpectos aſpidi obijciūt. ⁊ ſi de eorū ſemine fuerint nihil ipſis penitus nocet aſpis ſed ſtatim moriunt ab aſpide ſi fuerint adulterini. et hoc expſſe dicit pli. li. viij. c. vlt. Dicit eciā ſicut quedā aīalia indigenis ſūt innoxia que interimūt alienos. ſic ſerpētes parcunt mirifice illis qui de terra oriunt ſic angues circa eufratē terre incolas non ledunt nec infeſtant dormientes. alios autem cuiuſcūq; gentis hoīes cruciāt eos auide occidētes. Dicit etiā ibidē pli. ꝙ areſto. tradit in quodā mōte a ſcorpionibus hoſpites non ledi. ſed indigenas interimi ⁊ occidi.

## Capitulum. x.

De aranea

Aranea vt dicit Iſidorus libro xij. vermis eſt aeris ab aeris nutrimento nominata. que exiguo corpore longa fila deducit ⁊ tele ſemꝑ intenta nunq; deſinit a labore ꝑpetuū ſuſtinet in ſuo opere diſpendiuȝ. quia ſepe ad modicum flatum venti aut pluuie ſtillicidium rumpitur tela ſua. ⁊ tunc totaliter perdit laborem ſuū. Dicit autē Auicen. ꝙ aranea eſt modicū aīal reptile multipes. ſex vel octo habens pedes quos ſꝑ hȝ pares ⁊ nūq; impares. ⁊ hoc fuit neceſſe vt ſꝑ eſſet ei⁹ inceſſus equ⁹ ſicut ⁊ ipſum

onus.et hoc eſt generale in hñtib⁹ duos
vel plures pedes.habet aūt aliquos pedeſ
lōgiores ⁊ quoſdā breuiores.ꝓpter diuer
ſas q̄s facit opatōes. nā cū q̄buſdā fila
ſua ſubtiliat ⁊ in longū ꝓtrahit.cū q̄buſ
dā vo piter fila nectit.cū q̄buſdā vo per
fila repit ⁊ qñ vult in tele ſupficie imo/
biliter ſe ſuſpēdit.maxime aūt inter aīa
lia anuloſi corpis viget ī aranea ſenſus
tact⁹.Vñ reſidēs in tele ſue medio ſubi/
to ſentit muſcā telā in pte remotiſſima
ꝯtingentē quā ſubito inuadit ⁊ aggredi
tur tanq̄ hoſtē.de q̄ ſi triūphare potuerit
eā ne euadat inter tele ſue fila multipli
citer circūuoluit.⁊ primo capiti inſidēs
ei⁹ humiditatē ſugit.⁊ de tali muſcarꝫ ve/
natōe viuit.nā ei⁹ guſtabile ꝓprie eſt ta/
lis humor ſicut guſtabile apis eſt mel ſi
cut dicit idē ⁊ areſto.Itē in genere ara/
nearꝫ eſt diuerſitas ſex⁹ vt di.areſ.li.v.et
eſt femia maioris corpis q̄ maſcul⁹.⁊ pe
des habet lōgiores flexibiliores ⁊ abilio
res ad motū ⁊ etiā ad texturā.Et ſic di.
idē libro.v.Tpe coit⁹ ⁊ amoris femina
attrahit marē p fila tele.⁊ poſt maſculus
feminā ⁊ nō ceſſabit attractio donec ꝯiū
gant̄.⁊ maſcul⁹ ponit̄ ſup ventrē femine.
et iſte mod⁹ eſt eis neceſſari⁹ ꝓpter vētris
rotūditatē.⁊ iſta ꝯiūctio maxie eſt in fi/
ne veris ⁊ in principio eſtatis.⁊ aliqñ in
autūno ⁊ in pricipio hyemis.⁊ tūc maxie
ſunt nociue ⁊ earꝫ puncture ampli⁹ vene
noſe.Itē areſ.li.viij.Genera aranearuꝫ
ſunt multa.nā quedā ſunt pue ⁊ diuerſi
coloris ⁊ ſunt acute ⁊ velocis motus alie
ſunt maiores ⁊ colore nigre.⁊ earū crura
anteriora ſunt lōgiora et ſunt tardioris
mot⁹ niſi qñ coitu ſtimulāt̄.⁊ nigre ſolent
texere iuxta terrā int̄ foramia et manēt
in textura ſua quouſq; aliq̄ inciderit be
ſtiola ſic muſca quā dephendunt.⁊ ſi hñt
famē ſugūt ei⁹ humiditatē.et tūc deferūt
ad locū ſuū vbi deponūt ⁊ reſeruāt eā do/
nec iterū eſuriē patiant̄ ⁊ qñ totā hauſe
rit humiditatē deijcit reſiduū et reuertit̄
ad venādū ⁊ nō venat̄. quouſq; repet qđ
ruptū eſt de textura.⁊ ſi q̄s rupit textu/
rā incipiet ipam repare circa occaſuꝫ ſo
lis vel circa ortū.⁊ tunc maxie laborat.qꝛ
tūc plures beſtiole incidūt in texturā.et

femia parit ⁊ venat̄ ⁊ maſculus iuuat eā
Abſcondit aūt ſe in textura vel ſub tela
ne a beſtiolis videat̄. ⁊ maxie qñ eſt ma/
gna.qꝛ ꝓpter ei⁹ magnitudinē nō de facili
operit̄.Facit etiā femia oua primo ex q̄/
bus modice aranee p⁹ formant̄ ⁊ ſtatim
qñ pariunt̄ ponit eas in textura.⁊ ſtatim ſe
mouēt ⁊ diſponūt ad texendū ac ſi in vte
ro materno ſint inſtructe ad venandum
vñ ſtatim aprāt rhetia ꝯueniētia prede
ſue.Et eſt ſpēs q̄dā aranearꝫ que venan
tur lacertū puū ⁊ incipit texere ſup ipm
quouſq; liget ei⁹ orificiū ligatōe forti et
tūc ſaltat ſup eū ⁊ pūgit quouſq; moriat̄
Item in eodē etiā dicit idem.ꝙ ſepe in/
ueniūtur quedā aranee ī aluearib⁹ apū
et ille corrūpunt mel ⁊ ſugūt liquorē et
ſic circa fauos faciūt texturas ⁊ corrum/
punt eos.Item di.auic.et pli.de genera
tione aranearꝫ li.xi.c.xxv.Aranearꝫ natu
ra ꝑcipua admiratōe eſt digna.cui⁹ plu/
ra ſunt genera inter que eſt quedā q̄ di/
citur ſpalango.cui⁹ corpus eſt exiguū va
rium.acuminatū.velox ad ſaltū.noxiuꝫ
habens morſum.Alia eſt ſpēs maioris
corporis ⁊ nigri coloris et cruris longio/
ris cauernas ſibi texens ī angulis iuxta
terrā.Tercia eſt ſpēs que erudita cōpoſi
tione cōſpicuas texit telas.Admirāduꝫ
eſt tamē qualiter tāto operi ſufficiat ma
teria lanigera que de aranee vtero ad tā
te tele texturā paulatim vt credit̄ extra
hitur ⁊ tñ eius vterus vix a tali materia
vacu⁹ inuenit̄.Hec videt̄ eſſe verꝫ qđ di/
xit democrit⁹ ꝙ tāta eſſet ventris aranee
corruptela:vt ex ei⁹ egeſtione tanta fer/
tilitas lanifera generet̄ vñ ⁊ democrituꝫ
reprobat Areſto.li.viij.ꝙ dicit eū in hoc
veritatē nō dixiſſe.Cui⁹ videt̄ eſſe ratio
qꝛ aranee ⁊ alia hmōi anuloſa modici ſūt
nutrimēti ⁊ parui cibi ꝓpter defectū ſan/
guinis ⁊ caloris.vñ cū aranea nō tantū
cibi capiat quin incōpabiliter ad ꝑpara
tionē tele continue plus emittat.maior
eſſet ſuperflui emiſſio q̄ cibi ſumptio et
maior eſt egeſtio ſupflua q̄ digeſtio ne
ceſſaria ad ꝯſeruationē debitā aīalis. vt
dicit areſ.vel alber.Itē pli.di.Modera
to vngue rotundū ⁊ teres educit filum ⁊
miro artificio deducit ſtamia ab imo ad

ſupmū. ⁊ iteꝝ deducit trāſuerſaliter ꝺ pū
cto ad punctū lineari diſtantia filū ſuū.
et omnes lineares tractꝰ quaſi i pūctua⸗
li medio in equali diſtantia a centro co⸗
pulat ⁊ cōnectit. deducto aūt ſtamine vt
ibidē di. Pli. texere incipit a medio cir⸗
cuato orbe adnectēs ſubtegmina ⁊ macu
las adnectēs ſemp. ⁊ quaſi reticulariter
ꝑ paria interualla q̄ interuallicculata fo
ramina miro artificio ſunt. nūc quadra⸗
ta. nūc oblonga. nūc rotūda. tāto ſtrictio
ra quāto ſunt viciniora medio. ⁊ tāto la
tiora quāto remotiora ſūt extremo. quo
autē medio filū filo tā indiſſolubiliter
iungat ⁊ nodū nodo applicet ⁊ ꝯnectat vi
ſus nō indicat ⁊ rōnis iudiciū vix affir⸗
mat. Mira aūt leuitate per fila ſua que
humanis viſibꝫ vix ſunt ꝓuia ſe eleuat
et quaſi volet hincinde ſe trāſferens lo⸗
cum mutat. Itē di. idem. ꝙ q̄diu extre⸗
ma tele fila durāt ſi caſu aliquo rumpa⸗
tur ipſa tela. ſemꝑ a medio incipit reſar
cire qđ ruptū eſt. q̄ſi nihil iudicās in cor
pore tele eſſe integrū q̄diu mediū nō eſt
firmū. Itē dicit idē. ꝙ in eis ſunt augu⸗
ria. nā ſm̄ ꝙ tꝑa ſunt futura altiꝰ vel ſub
limiꝰ ſolent cōponere fila ſua. Itē ibidē
dicit ꝙ multitudo araneaꝝ ſignū eſt in⸗
undationis pluuiaꝝ. Item li. xiiij. c. iij.
de leſione ficuū. dicit ꝙ aranee quedā cir
ca germina vineaꝝ ⁊ etiā floſculos arboꝝ
faciūt texturas ex quaꝝ circūuolutione
pereūt arbores ⁊ vinee qn̄ ſunt in germi
ne vel in flore. Morſus ſpalangionis eſt
mortiferus ⁊ venenoſus niſi ei citiꝰ ſuc⸗
curraṫ. Sed eiꝰ venenū extinguit vis plā
taginis ſi debito modo apponaṫ. ⁊ iō ver⸗
mes alij vt lacerte ⁊ botraces puncturā
aranee formidātes ſucco plantaginis ſe
tuenṫ. vt dicit Pli. Dyaſ. et Auic. in ca.
de venenis et mac. Aranearū aūt tela vt
dicit areſto. et pli. ex earum viſceribus
quodāmodo nature artificio generatur.
ſubtiliſſima cōpoſitione cōtexitur more
textis cōponiṫ ⁊ paraṫ. filis ſubtiliſſimis
cōnectiṫ. ⁊ hoc ne a muſcis ⁊ alijs beſtio⸗
lis quibꝫ tendiṫ ꝓpter groſſiciem videa⸗
tur. Cū labore quidē componiṫ ſed miro
modo faciliter diſſipaṫ ignē nō ſuſtinēt
ventū timent cuiꝰ impetu tela rumpitur
et ſubito denudaṫ. Et q̄uis venenoſa ſit
aranea de cuiꝰ egrediṫ viſceribꝫ tela vene
noſa nō eſt quoniā multis vſibꝫ medici⸗
ne vtilis reputaṫ. Nam vt di. dyaſ. Te⸗
la aranearū alba ⁊ mūda puluerulentis
ſordibꝫ nō admixta vires habet ꝯſtringē
tes ꝯglutinātes ⁊ refrigerātes. ideo ſan⸗
guinē reſtringit a vulnere refluentē ſuꝑ
poſita vulneri prohibet fieri ſaniem ⁊ ſa⸗
nat plagā recentē. ⁊ ꝓhibet inflaturā ſa⸗
nitatem vulneris retardantē. Eſt auteꝫ
genus aranee quā ſpalanā vocant. vt di
cit Pli. li. xxix. ca. iiij. et eſt hec aranea ſi
milis formice ſed longe maior corꝑe ru
fum habens caput. reliquū corꝑis nigri
eſt coloris. reſperſuꝫ albis guttulis. acer
bior ē eius ictus q̄ꝫ vipere. Uiuit autem
iuxta furnos ⁊ molas. cuiꝰ contra ictum
eſt remediū aliam eius generis oſtende
re ſic ꝑcuſſo. et ad hoc conſeruantur cum
mortue inueniūtur quarū cortices con⸗
triti ⁊ potati medentur morſui muſtele.
Eſt autē aliud genus lanuginoſum groſ
ſo capite. ⁊ dolor pūcture eius ſicut ſcor⸗
pionis. ⁊ eius morſu genua labefactan⸗
tur ⁊ accidit caligo ⁊ vomitus. Eſt etiam
aliud genus aranee nomine mirmicale⸗
on ſiue mirmiceon. quod alio nomie di
citur formicaleon. formice ſimile capite
albo habens nigrū corpus diſtinctū ma⸗
culis albis. cuiꝰ morſus veſparum dolore
torquet. ⁊ dicitur formicaleon. qꝛ formi
cas venatur vt leo. ⁊ earū ſugūt humidi
tatem ſed a paſſeribꝫ deuoranṫ ⁊ ab alijs
auibus vt formica. Remediū aūt contra
morſus oīm araneaꝝ eſt cerebrum galli
naceū cum exiguo pipis bibitū cū vino
dulci. Itē coagulū agni potatū cuꝫ vino
ſanat morſus aranearū. Item facit ci⸗
nis vngule arietine cum melle. Itē mu
ſce contrite ⁊ poſite ſuper morſum extra⸗
hunt venenū ⁊ mitigant dolorem. Sunt
⁊ alia remedia que enumerat. ſed hec ſuf
ficiant. Dicit tamen li. eodem. c. vi. ara
nea longa ⁊ candida tenues habens pe⸗
des contrita in veteri oleo dicitur ſolue⸗
re albuginem oculorum ⁊c.

## Capitulum. XI.

De ape

Apis eſt animal multipes ⁊ breue
inter omnia animātia anuloſi et
inſecti corporis in multis obti/
nens principatū. vt di. pli. li. xi. ca. vi. p
uitatē ſui corpis recōpenſat ingenij ma/
gnitudo. Quis antē poſſit inter volatilia
cōputari. tñ quia pedibꝰ vtit̃ in quibꝰ eſt
vis pgreſſiua merito pōt inter greſſibi/
lia nūerari. Preter vero ꝓprietates ſupi
us li. xū. poſitas ſub litera a. alie ſunt hic
ponende quas recitat pli. li. xi. ca. vi. ſic
dicens. Inter omnia eſt admirāda apū
ſolertia qua mella cōtrahūt ſuccūq; dul
ciſſimū ſubtiliſſimū ⁊ ſaluberrimū in fa/
uos cōponūt. ⁊ cerā ad vſus vite huma/
ne putilem opando cōficiūt. hyeme la/
tent ⁊ recondunt̃. qꝛ vires nō habent, vt
niuibꝰ pruinisq; reſiſtant ac flatibꝰ aqui
lonis. In vere aūt cū ſentiunt fabas flo
rentes ad opa exeūt ⁊ labores. nulliq; li/
cet vacare ocio per hos dies. Primo fa/
uos cōſtituūt ceráq; fingunt domosq; ac
cellulas faciunt. deinde ſobolem ⁊ po ſtea
mella cōficiunt ⁊ cōponunt. tectum aūt
aluearis ſui lacrimis et ſuccis arboꝝ gū/
moſam vim habentiū p totū liniūt. ⁊ cō/
tra aliarū beſtiarū auiditates ſe muni/
unt ꝓut poſſunt. feces ſi fuerint nimis la
te cōſtringūt ⁊ eas ſuccis p̄dictis liniunt.
Primo aūt pro fundamēto ſui operis cru
ſtulam quādā ponūt amari ſaporis quā
multi commoſym vocant. deinde faci/
unt aliam dulciorem que cere eſt initiū
quā multi dulceros vocāt. tercio ponūt
materiam groſſiorem que fauoꝝ eſt ſta
bilimentū ⁊ illam materiā ꝓpolim mul/
ti vocant. et iſta triplici tela a frigore et
alijs iniurijs muniūt fauos ſuos. Non
inſident fructibꝰ. ſed a floribꝰ non marci
dis. ſed recentibꝰ recolligunt materiam
ex qua mel ⁊ ceram cōponunt. quādo au
tem flores vicini ſunt cōſumpti mittūt
ſpeculatores ad vlteriora pabula requi/
renda. et ſi apprehenderit eas nox in ex/
peditione excubant ſupine vt alas ſuas
protegāt a pluuia ⁊ a rore. vt facto ma/
ne expeditius volent ad opus ſuū habē/
tes alas ſuas ſiccas ⁊ expeditas ad vola/
tum. Ordināt excubias ſuas more ca/
ſtroꝝ de nocte quieſcūt vſq; mane donec
vna oēs excitet. gemino aut triplici bō/
bo vt buccino aliquo tunc vniuerſe ꝓuo/
lāt ſi dies fuerit mitis futur᷒. p̄diuināt
eni ymbres ⁊ vētos ⁊ tūc ſe ꝯtinēt infra
tecta. Qn̄ p̄ſciūt celi temperiē futuram
cū agmine ꝓcedūt ad opa. ⁊ tūc alie flo/
res aggregāt pedibꝰ. alie aquā ore guttaſ
q; lanugie toti᷒ corpis ſimul portāt. ado
leſcētiores ḡo ad opa exeūt et cōueniūt
et afferūt ſupradicta. ſeniores ḡo intus
opant̃. Que flores cōportāt primo one/
rant pedes anteriores ⁊ poſt alios donec
roſtro pleno remeent totaliter onerate.
Excipiūt aūt ſic onuſtas trine vel quat/
ne eas q; exonerāt ſm q int᷒ ſunt ordīa
te. eoꝝ eni officia ſunt diuiſa. alie eni do/
mus ꝯſtruūt. alie poliūt. alie cibū parāt
ex eo qd̄ allatū eſt. nō eī ſepatim veſcūt
ne ineq̄litas cibi tpis et opis fiat inter
eas. Fauos linealit̃ ⁊ ordinate ꝯponūt ⁊
in ſupiori pte ſuſpēdūt. Ceras cadētes
fulciūt primas lineas par replēt de mel
le. nouiſſimas aūt maxie ſolēt adimple/
re. Apes aūt gerule q̄ neceſſaria ꝯuehūt
timēt venti flat᷒. ⁊ ideo volāt iuxta terrā
et qn̄ ſunt onuſte redeūt ne aliquo flatu
impediāt̃ ⁊ qn̄q; lapillis ſe onerāt vt la/
pilloꝝ grauitate ſint ꝯ venti ipetū magiſ
fixe. Mira int̃ eas eſt obſeruātia diſci/
pline. nā inertiā ceſſantiū ab ope notāt
⁊ eos mox caſtigāt. imo morte puniunt
opari nō curātes. Mira int̃ eas ē mūdi/
cia. nulleq; int̃ opa ſua ſpurcitie pmittū
tur. Egeſtiones apū q̄ opant̃ int᷒ ne lō/
ge recedāt alie cōgerūt in locū vnū ⁊ eij
ciunt d' alueari. Qn̄ adueſpaſcit intrāt
in domos ſuas ⁊ ſtrepūt donec illa eadē
que eas excitauit circūuolet. ⁊ eodē quo
excitauit bombo eas inuitet ad quietē. ⁊
tūc oēs repēte cōticeſcūt. Idē in eodem
ca. xiij. Itē p apes ſumma eq̄tas exercet̃
feriūt eni omnes eaꝝ pacē diſſoluētes ⁊
earū melle diripe cupiētes. Regem ſiq̄
dem hn̄t apes qui nō aculeo armat᷒ ē. ſed
potius maieſtate. vt di. idē ca. xviij. vel
ſi habet aculeū vſum feriendi natura ſi/
bi negat. noluit eni natura ipm ſeuū eē
ne cito peteret vltionē. ⁊ ideo ei telum de
traxit ⁊ inermē dereliquit. vnde conſtat
apum impatorem aculeo nō vti. miran/

da aūt eſt circa regem plebis obedientia:
nam cum procedit totum examen circa
ipſum conglobatur. ⁊ ab ipſo agmine ve
lut acie militū cingit̃ ⁊ vallat̃ ⁊ p̄re mul/
titudine obſequētiū tunc tp̄is vix vide
tur. Cum popul⁹ apū in labore eſt ipſe in
tus eſt ⁊ circuit ſimilis excitanti ſolus a
labore ē imunis. Circa quē ⁊ apes aſſunt
quedā hn̄tes aculeū tanq̄ lictores qui
autoritate aſſidua regis ſunt cuſtodes. ⁊
ipſe raro ꝓcedit foras niſi qn̄ examē to/
tum debet exire. cui⁹ exitus intelligit̃ an
te dieb aliquot exercitu murmurante ⁊
quaſi ad exitū ſe ꝑparante vnde ſiq̇s tūc
regi apum p̄ſcinderet alam totū examē
tunc tp̄is non exiret. ⁊ quando ꝓcedunt
ſingule regis obſequio ſe offerūt ⁊ ei ꝓxi
me eſſe volūt regem feſſū humeris ſub
leuant ⁊ fatigatū totū portant ſi qua laſ/
ſa defecerit vel ab acie errauerit odore ꝑ
ſequitur vbicūq̄ rex p̄cedit et vbicunq̄
rex p̄ſederit ibi cetere figunt caſtra. re/
ge viſo totus animatur exercitus ipſoq̄
amiſſo totū agmen dilabitur ad alium.
quia ſine rege eſſe non poſſunt Ad aluea
ria ſubintrant quedā falſe apes que fuci
nuncupātur habentes magnū ventrem
furtimq̄ deuorant mella. ⁊ has apes in/
terficiunt quādo eas deꝓhendunt. Quā
do ver eſt humidū fetus apum multipli/
cantur. ⁊ mella depauperantur. ⁊ econuer/
ſo quādo ver eſt ſiccum deficiunt in pro/
le ⁊ in melle multiplicātur ſi autem defe
cerit in aluearib cibus impetū faciunt
in proximas ꝓpoſito rapiendi. et contra
eas alie aciem dirigunt ſi rectorē habēt
rantem ⁊ ei deinceps obediens manſue/
ſcit. Si caſu aliquo vorauerit vermem
qui (cameleon dicitur. ſumpto oleaſtro
medetur peſti. Uentrē habet mollē ⁊ dor/
ſum durū. ⁊ ideo pugnans cū vnicorne.
opponit ei dorſum. cauens ꝑut pōt ne per
mollem ventris ꝑtem fodiat. Pilos ha/
bet paucos ⁊ ſetas nullas. Aures habet
amplas tenues ⁊ longas inferius depen
dentes quas erigit ⁊ extendit ⁊ inde gra
uiſſime ꝑcutit quādo iraſcitur ꝯtra dra
conem quē odit. nec mirū. ſitit enim ſan
guinem eius et eum bibit quādo poteſt.
Quāobrem ipſum nunq̄ inuadit dra/
co niſi quādo potu elephas eſt repletus
vt ꝑpenſius irrigatus maiorem ſumat d
oppreſſi ſanguine ſatietatē. hucuſq̄ ſoli
nus qui multa alia ponit que ſupra di/
cit pli. In libro autem phiſiologi de ele
phante memini me ſic legiſſe. Elephas
inquit eſt animal qđ magnitudine inter
omnia animalia quadrupedia ꝑcellit
intellectu ⁊ memoria multū vigens. nā
elephantes inter alia eorū facta nunq̄
dormiendo totaliter ſe inclināt. qn̄ feſſi
ſunt arbori ⁊ maxime palme quietis gra
tia accubant ⁊ ſic qualitercūq̄ ſe ſuſten/
tant quoꝝ quieti homines inſidiātes oc/
culte arborem cōca uant. cui ſe appodiās
elephas ⁊ neſciens fraudem pondere cor
poris arborem frangit ⁊ frangendo cadit
ſubito ⁊ ſuccūbit qui caſum ſuum vidēs
irreparabilem miro modo barrit. i. cla/
mat ⁊ rugit. ad cuius barritū multitudo
iuuenum ſubito accedit elephantū qui
paulatim ſeniorem pro viribꝫ elephant
et vt eum releuent miro affectu ſe totis
viribus inclināt. Coitum abhorrent ni
ſi pro ſola prole. vnde dicit ibidē q̄ quā
do elephantes indicos luxuria ſtimulat.
vi amoris femina ꝓcedit verſus orientē
quā ſequit maſculus quouſq̄ in abſcon/
dito deueniāt qualitercūq̄ poterit man/
dragorā querit cuiꝰ fructū primo femīa
guſtat deinde maſculus eundē fructum
comedens eam impḡnat ⁊ fecūdat vt di
citur. ſed diu propter magnitudinem fe
tus femina in vtero fetum gerit. ſed tē/
pore partus in aquis ⁊ in inſulis fetum
procreatꝰ ꝓpter draconis metū ne ipſum
tenellum fetū ſorbeat aut deducat. ⁊ dū
mater filiū ꝑturiendo laborat maſculus
pro viribus ipſam protegit et defendit.
Item dicitur ibidem q̄ oſſa elephantis
combuſta fugant ſerpentes et omnia ve/
nenoſa. Item aliud dicitur ibidem val/
de admirandū. Dicit eni q̄ apud ethio/
pes in aliquibꝫ regionibꝫ ſic venātur. ac/
cedunt ad deſerta vbi due virgines om/
nino nude habitant ⁊ crinibꝫ reſolute. q̄
rum vna fert alueolū alia gladium. inci/
piunt autē alte cantare quarū cantū au/
diens beſtia venit ad eas ⁊ lingit earum
māmas. de dulcedine autē cantus mox
obdormit elephas ⁊ tunc vna ꝑforat gla
dio guttur vel latus. altera vero colligit
ſanguinem eius quo tingitur pannꝰ qui
purpura appellatur.

## Capitulū XLIIII

De hedo

Hedus ab edendo eſt dictus. par
uus enim eſt ⁊ pinguis ⁊ iocun/
di ſaporis. vt dicit Iſidorꝰ libro
xij. eius naturalis ſiccitas ex humidita/
te etatis temꝑatur. vt dicit Iſa. in diet.
vnde melior ⁊ digeſtioni eſt cōpotentior
maxime ſi eſt maſculus. vnde eius caro
bene nutrit ⁊ ſanguinem bonum gignit.
Calorem habet vehementiorē propter
etatis beneficium. ⁊ ideo carnes heduli/
ne exeunti egritudinē propter ſuā tem/
periem ſunt cōmode. et ideo conueniunt
maxime humane nature. maxime his q̄
delicioſe viuunt ⁊ quiete. Pilum habet

longiorem ⁊ hiſpidiorem ꝙ̄ habeat agnus ſed habet carnem meliorē. et digeſtioni obedientiorē propter eius temperiem in humiditate ⁊ calore. vt dicit conſtā. Habet autem hedus viſum valde acutum ⁊ ſimplicem aſpectum ⁊ obliquū ⁊ balatu cognoſcit ⁊ querit parentē vt dicit Pli. libro. viij. ca. i. Eius iecur ſi comedatur dicitur ſanare veſpertinā aciem oculorū his quos noctilopos vocant. Item idē libro. xxviij. ca. x. dicit. pelles hedorum ſanant morſus venenoſos ſi calide deſuper alligent. pili hedorū exuſti ſuo odore fugant ſerpentes. vtunt pelle eius recente ad plagas. ſanguis eius valet cōtra venenoſa. eius etiam coagulum valet contra virus bibitum et cōtra ſanguinē thauri bibitum ſiue ſumptum. Hucuſqȝ plinius. Eſt autem animal imbelle ⁊ innocuum ruminans ⁊ mūdum ſacrificijs antiquitus deputatum petulans ſaltans ⁊ laſciuum. intrinſecus pingue ⁊ carnoſum. extrinſecus hiſpidum et macilentum. tyrſos carpens ⁊ corrodens ramuſculorum et diligit p̄cipue folia edere ⁊ conſimiliū virgultorum.

## Capitulum. XLV.

De eruca

Eruca eſt vermis multipes creſcens in folijs olerum ⁊ pampinorum. frondes fructus ⁊ flores corrodēs ⁊ depaſcens. Et eſt eruca ab erodendo dicta. quia rodit folia arborum et herbarum vt dicit Iſidorus libro. xij. de qua meminit plautus. imitatur inquit nequā beſtiam et maleficam inuolutam in pampino cui ſe implicat nec aduolat vt locuſta. huc illucqȝ diſcurrēs ſemi paſta dimittit. ⁊ remanet ſuper frondes et tardo lapſu pigriſqȝ morſibus vniuerſa conſumit. hucuſqȝ Iſidorus libro. xij. ſm Pli. libro. viij. Eruca eſt animal villoſum ⁊ quaſi lanuginoſum. nam in arborum extremitatibus corroſis frondibus viroreqȝ conſumpto texit de ſuis viſceribus quaſdam telas more aranearum ex quibus ſe inuoluit ⁊ per totam hyemē cuſtodit peſtiferum ſemen ſuum. Egerit enim quedam oua ex quibus in vere erūpentibus gemmis naſcitur multa proles. ex cuius ingluuie leduntur ⁊ pereūt a ſuis fructibus arbores atqȝ herbe. Eſt autē eruca vermis mollis ⁊ ſanioſus diuerſis coloribus diſtinctus de nocte vt ſtella lucens de die deformis ⁊ multicolor apparens. non caret peſte aliqua virulenta. Nam quando per membra hominis calefactum ſerpit cutem exurit ⁊ poſt ſe puſtulas derelinquit. ad modum autē bombicis ſericum facientis formam ſuam mutat ⁊ ſe in formam volatilis de reptili transfigurat. nam alas tenues ⁊ latas ſuſcipit quibus hincinde volitando libere per aera ſe extollit. Quot autē colores prius in corpore habuerat totidē in occulatis alis colorum differentias repſentat ⁊ tale volatile papilio nuncupatur. vt dicit Iſidorus libro. xij. Papiliones dicūtur auicule que maxime abundant in floribus malue que ex ſuo fetore faciunt vermes naſci vt dicit idem. nam ex erucis papiliones efficiūtur. ex papilionū ſtercoribus ſuper folia derelictis eruce iterum generantur. minus autem ledunt corrodendo quādo volant ꝙ̄ quando repūt. Et dicit papi. Papiliones ſūt minuta volatilia que de nocte cōueniūt accenſo igne in candelis. quarum lumē cum extinguere nitūtur igne exuruntur ⁊ ſic cum alienū lumen volunt interimere ipſi in ꝓprio corpe puniunt

## Capitulū. XLVI.

De faunis ⁊ ſatiris

Fauni quidem et ſatiri dicuntur quedam beſtie monſtruoſe effigiem quidē hominis habentes. ſed ad plenum nō ſunt humane ꝑticipes rationis. vnde nec arte nec natura ſunt dociles ad loquendū. ferum ⁊ beluinum habent animū ⁊ beſtialē appetitū vnde huiuſmodi aīalia ſunt in venerē valde ꝓna intantū vt mulieres coitu interficiant. ſi quas errantes in nemoribus comprehendant. Ideo dicunt ſatiri. qȝ nō pñt libidine ſatiari. vt di. Iſi. Quiuis aūt talia ratione humana nō vtantur. in multis tñ actibus ⁊ etiā ī voce hoīes imitant. vt di. Iſi. li. xi. ca. de portētis. Satiri inqt qui

ſunt homũciones aduncas hñtes nares
et cornua in frontibꝫ. ⁊ in pedibꝫ ſunt ſi-
miles capris. Talem vidit ſanctꝰ antho
nius in ſolitudine. ⁊ interrogatꝰ qs eſſet
fertur anthonio reſpõdiſſe mortalis ego
ſum vnus ex accolis heremi. quos vario
deluſa errore gẽtilitas faunos ⁊ ſatiros
ac incubos colit. Satiri autẽ qui ⁊ fauni
fatui dicti ſunt. a quibuſdã credunt̃ eſſe
hoĩes ſilueſtres. vt in eodez ca. dicit Iſi.
At hi monſtruoſe variant̃. nam quidam
ſunt cenocephali ex eo ꝙ canina capita
habeãt. quos ipſe latratus magis beſtias
q̃ hoĩes cõfitetur. Alij dicunt̃ ciclopes.
ſic dicti quoniã vnũ oculũ habere dicun
tur ⁊ hũc in media fronte habere phiben
tur. Alij oĩno capite carent ⁊ ceruice quo
rum oculi ſunt in humeris. Alij habent
faciem planã ſine naribꝫ labiũ inferius
ita ꝓminẽs habẽtes vt in ſolis ardoribꝫ
totam ex eo cõtegant faciem dormientis
Alij ita cõſtricta habẽt ora ꝙ ſup pectus
vno tantũ foramine auenaꝝ calamis po
tum hauriẽtes. ⁊ hi ſine linguis dicũtur
eſſe. loco ſermonis vtunt̃ nutu. Itẽ ſunt
etiam alij in ſcithia ita magnas haben-
tes aures. vt ex diffuſa earũ magnitudi-
ne ipſis cõtegant totũ corpus. ⁊ hi pan-
thios dicuntur. pan enim grece omne.
othi auris nominat̃. Sunt ⁊ alij ĩ ethio-
pia proni ambulãtes vt pecora nequaq̃
ſurſum erigere ſe valentes. ⁊ hi artabati
ce nominant̃. Sunt ⁊ alij in ethiopia ha
bentes tantũ vnũ pedẽ ita magnũ ꝙ reſu
pini in terra iacentes adumbrent̃ pedis
magnitudine cõtra eſtũ. ⁊ cũ hoc ſunt tã-
te celeritatis ꝙ canibꝫ in curſu compen
tur. ⁊ ideo a grecis cinodopes appellant̃.
Itẽ ſunt alij q̃ habẽt plantas ꝯſas poſt
crura ⁊ ſenos digitos in plantis. ⁊ tales
in deſertis libie euagant̃. Itez in ſcithia
ſunt aĩalia formã humanã habẽtia ⁊ pe-
des equinos. et hmõi monſtra a multis
lamie nuncupant̃. vt dicit paſcaſius ſu-
per trenos. Multa alia ponit Iſi. mon-
ſtra talia li. xi. et oĩa accepit a plinio li.
vi. ⁊. vij. ⁊ etiam a ſolino.

## Capitulũ XLVII

De feminis

Femine a partibus femoꝝ vel fe
minum ſunt dicte vbi ſpẽs ſexꝰ
diſtinguũtur ab ipſo viro vnde
dicit̃ a fos qđ eſt ignis. qꝛ vim habet fe-
mina igneã qua vehemẽter ꝯcupiſcit. In
omni eni genere aĩalium plus ꝯcupiſcit
femina q̃ maſculꝰ ⁊ ardẽtius mouet̃ ad
amorẽ. vt dicit Iſi. li. xi. Femine aũt pro
prietates generales ponit. Areſto. li. viij
dicens. Femine maribꝫ ſunt debiliores
ꝑter vrſum ⁊ leopardũ. nam hoꝝ femine
ſunt audaciores ⁊ fortiores. Et ſunt fe-
mine leuiores ad inſtruendũ ⁊ ſunt ma-
gis ſollicite circa fetũ. ſunt etiã maioris
pietatis ⁊c. quere ſupra reſiduũ li. vi. c.
i. de puella. ibi multa eni inuenies de hac
materia. Eſt eni femina naturaliter ma
ioris ire q̃ maſculus. vñ de facili pugnat
ꝯtra maſculũ. ⁊ ponit areſto. li. viij. exem
plũ de foca. nã foca ſp manet in eodẽ lo-
co ⁊ pugnat maſculꝰ cũ femina quouſq̃
vnꝰ interficit aliũ. Et eſt feĩa mĩoris con
ſtantie ⁊ fidelitatis eiꝰ maſculo q̃ econ-
uerſo. ⁊ ponit areſto. exemplũ ð ſepia. nã
qñ femina ꝑcutit̃ iuuat eã maſculꝰ ſed fe
mina fugit marẽ qñ ꝑcutit̃ ⁊ ꝑſequit̃ illũ
Itẽ dicit areſto. li. xv. Femina in gene-
ratõe fetꝰ eſt ſicut materia ſed maſculꝰ ſic
forma. exit eni ſemen ab ambobꝫ ex quo
rũ ꝯmixtione creatura fit. ⁊ ꝓpter hoc di-
co ꝙ maſculꝰ ⁊ feĩa ſunt principia gene
rationis. ⁊ maſculꝰ vt forma. feĩa vt mate
ria. ⁊ ideo datũ eſt maſculo vt generet in
altero. femina generat ex alio in ſeipſa.
Itẽ feĩa generalit̃ eſt nature infirmio
ris ⁊ fluxibilioris q̃ mas. ⁊ hoc accidit ꝓ
pter remiſſionẽ caloris ⁊ intenſionẽ fri-
gidi hũoris qui plꝰ abũdat in feĩa q̃ in
mare. ⁊ ideo accidit mulieribꝫ ⁊ etiã qui
buſdã quadrupedibꝫ ſupfluitas mẽſtrua
lis. vt dicit idẽ. ſed nulliꝰ aĩalis feĩa itã
tũ ſubiacet illi morbo ſicut mulier. De
his aũt ⁊ alijs cõditionibꝫ feĩaꝝ bonis
et malis quere ſupra li. vi.

## Capitulũ XLVIII

De fetante

Fetans eſt pariens vel generans
in quolibet genere animaliũ. vn
de idem eſt fetans tis. et pecus

pecudis. vnde illud de poſt fetantes ac.
eum. Habet autē omnis fetans membrū
proprium in quo concipit et nutrit fetū
ſuum. ⁊ ad fetandū. i. ad generandū ⁊ p/
turiendum diſponit ⁊ coopatur reuolu/
tio orbium ⁊ influentia ſiderum ſeu ſtel
larum vt dicit areſto. li. xviij. in fine. Na
turaliter inquit erit terminus ⁊ numer⁹
generationis ⁊ complementi ſm reuolu
tiones ſtellarum. de hoc quere ſupra li.
vi. ca. iij. de muliere pariente.

## Capitulum XLIX

De fetu

Fetus t⁹. tui. dicitur partus fru/
ctus. ſcʒ vteri hominis vel cuiuſlibet
aīalis. ſed ꝓprie eſt in vtero ad/
huc ſubſiſtens in quo fouet᷑. vnde di. Iſi
do⁹ li. xi. Fetus vocat᷑ qꝛ adhuc in vtero
fouet᷑. cuius ſecūdine dicuntur folliculi.
qui ſimul cū infante naſcunt᷑. cōtinentqʒ
ipſum fetū. ſunt ſic dicti eo ꝙ fetū ſequū
tur. morit᷑ eni mater qñ caſu aliquo cum
fetu de eius vtero nō educit᷑. A fetu aūt
dicunt᷑ femine fetoſe quaſi ad concipien
dum ⁊ ad pariendū fetū ſuū ſuete ⁊ fecū
de ⁊ que fetu ſolent eſſe plene. vt di. Iſi.
Diſtinguit᷑ aūt fetus eiuſdē vteri a fetu
potiſſime p ſexus diuerſitatem qꝛ vel eſt
maſculus vel femina. niſi in his in quibꝫ
vterqʒ ſexus inuenit᷑ vt in hermofrodi/
tis ſed ſemp impfectus. vt di. Iſi. li. xi.
de fetu aūt quere ſupra li. vi. vbi agit᷑ de
hominis generatione:

## Capitulum. L.

De ficario

Ficarius i vna ſignificatione di
citur ille qui colligit vel vendit
ficus. alio nomine dicuntur fi/
carij homines ſiluani de ficubus viuen/
tes ⁊ ſic ſumitur ficarius in hieremia. c.
l. vbi dicitur habitabunt dracones cum
fatuis ficarijs. ibi glo. i. cum hominibus
ſiluanis. Alio modo dicitur fatui fica/
rij fauni ⁊ ſatiri qui inter agreſtes ficus
et alias arbores morantur. quales ſunt
piloſi onocentauri ⁊ alia aīalia mōſtruo
ſa. de quibꝫ dicit Iſid. li. xi. in ca. de fau/
nis. vide ſupra eodē de faunis. Et dicū
tur ſic fatui ficarij hoīes beluini in qbuſ
dam cōmunē formā cū hominibꝫ haben/
tes. in alijs vero in formam beſtialē dege
nerātes. vt eſt videre in lamijs ſimeis ⁊
in ſirenis. ⁊ hmōi ſunt ficarij qꝛ ſicut ho/
mines de fructibꝫ victū habent. fatui tñ
ſunt qꝛ rōnis vſu carēt. ⁊ ideo nō appro/
batur lr̄a aliquoꝝ libroꝝ qui ſic hn̄t cum
fatuis ſicarijs. Nā ſicarij ſunt quidā la/
trones doloſi qui cū ſica. i. breui gladio in
terficiūt improuiſos ſicut aioth q̄ cū ſi/
ca pendēte in dextro latere regem eglon
pinguiſſimū interfecit vt iudi. iij. Sed
tales in babilone deſtructa nūc nullate/
nus īmorant᷑ cū non ſit habitaculū hoīm
loquēdo ꝓprie. ſed potius mōſtroꝝ vt di
cit hiero. ſup Iſa. poſſet tñ dici ꝙ ficarij
ſunt ficarij. nam ſica grece ficus dicitur
latine. ⁊ ſm hoc reddit primā expoſitio/
nem. ſm latinos ergo melius dicunt᷑ hu
iuſmodi homines mōſtruoſi ficarij q̄ ſi/
carij. vt ſupra patet de faunis ⁊ ſatiris

## Capitulum. LI

De formica

Formica dicitur quaſi ferēs mi
cas. i. grana farris. vnde Ouid.
metħ. Grande opus exiguo for/
micas ore gerētes. vel dicit᷑ formica qua
ſi ferens micas. i. farris grana ſque cōgre
gat. Granoꝝ eni pſcindit cacumina vel
extrema ne germinēt quaꝝ ſolertia mul
ta eſt. ꝓuidet eni ſibi in futurū. Nam in
eſtate cōgregat. vnde in hieme viuat vt
dicit Iſid. li. xij. Congregat autē triticū
et nō curat ordeū. quādo pluuia ſup tri/
ticum coacetuatū deſcendit. formica to/
tum eijcit ⁊ ſoli exponit vt iterū deſiccet᷑
In ethiopia dicunt᷑ eſſe formice ad for/
mam canis que arenas aureas pedibus
eruūt quas cuſtodiūt ne quis auferat ca
pienteſqʒ ad necem pſequunt᷑. vt di. Iſi
do⁹ libro. xij. in ca. de minutis animalibꝫ
De formica etiam dicit ſolin⁹. Formice
inquit nigre ſunt valde pue ⁊ tñ plus q̄
magna aīalia ſunt ſolertiſſime diſcipli/
ne. nam ꝓuident ſibi ſapiēter impoſterū
vñ viuant. gregatim viuunt. ⁊ cumulos
cōponunt in quibꝫ habitant. grana ſolli/
ate ⁊ ſolerter recolligūt. ſolerti⁹ decorti/

cant que in ſecretiorib⁹ domunculoꝝ ne
ab auib⁹ rapiātur vel etiā vento diſpergā
tur reponūt cautiſſime. Occultas vias
faciūt rectas in domos in quib⁹ habitāt
et ſapiētiores ſemper ſtant in vijs illis
ne ſtulte deuient vel aberrent. Cū in do/
mibus ſuis coanguſtanť ad capturā. per
fundunt hoſtes aqua venenoſa ꝛ ideo vul
gariter dicitꝫ ꝙ mingūt ꝛ illa aqua manū
vrit tangentis ꝛ in ea pruritū gignit. nā
illā aquā habet loco armature. hucuſqꝫ
ſolinus. Plinius li. xi. ca. xxxi. dicit ſic de
formicis. Laborē ſibiinuicē cōmunicant
et cibos querūt. quib⁹ vtiliores ſūt apes
que cibos vtiles faciunt ſed he condunt.
maiora ferūt pondera ꝙꝫ earum ſint cor/
pora. vnde ꝑuitatem corpis recuperant
magnitudine vtutis. pondera ſua gerūt
morſu ꝛ que ꝑ magnitudine in ore ferre
non pñt auerſe pedibus poſteriorib⁹ ob/
uoluere moliunť. De re ſua publica eis
eſt curatio ꝛ memoria. nam ſemina abro
ſa condunt ne ſurſum germinent in fru/
ges. ꝛ grana diſperſa recolligūt cum dili
gentia ne ꝑdantur. ꝛ grana maiora diui
dunt in introitu vt ſic ea facilius in ſua
repoſitaria introducant. In plenilunio
noctib⁹ opātur. ceſſant aūt in interlu/
nio a labore ꝛ qꝛ de diuerſis locis cibum
conuehūt. habent certum temp⁹ ad mu/
tuam recognitionē datū ſibi. ꝛ tunc ma/
xima fit recōcurſatio. ꝛ fit cū obuijs qſi
quedam collocutio ꝛ diligens ꝑcūctatio
redeunt ꝑ ſemitas tritas ꝛ expeditas qs
etiam ꝑ ſilices elegerunt. Sunt aūt for
mice ꝑuule ſtricte circa ventrem et quaſi
cincte. que tandē creſcentes efficiuntur
pennate. et ſic in fine ad modū muſcaruꝫ
in minuta volatilia transformanť. Iteꝫ
ibidem ca. xxxij. Sunt quedam formice
indice maxime ꝛ cornute que mira cupi
ditate gemmas et aurū cuſtodiunt. ſed
hoc Indi furātur eſtiuo tempore quādo
formice in tumulis propter feruorem ni
mium abſcondūtur. Sed formice odore
ſentiunt ꝛ ſollicite ꝑuolant. ꝛ aurum de/
ferre cupientes crebro lacerant ꝙuis de
locibus camelis formicas fugiant. tāta/
ꝙꝫ ineſt eis ꝑniciosa feritas cum amore
auri. Areſt. ait de formicis li. viij. In for
micis ſicut ꝛ in apib⁹ eſt ſenſus olfactus
odit eni omne fetidū. vnde ſiquis ſuffu/
migauerit domos formicarū cum ſulphu
re vel origano agreſti vel cū cornu ceru/
no cōbuſto. fugiunt ꝛ dimittūt domos
ſuas. ꝙuis aūt forte in grege viuant ꝛ ſi
bi mutuo obtempent. tamē reges nō ha
bent. vt dicit areſto. li. i. Et ſalomon idē
dicit puer. vi. Formica ducem nō habet
nec ꝑceptorem ꝛc. vbi dicit glo. Si tan/
tillum animal principe carens ratōe et
pers natura duce ſibi impoſterū ꝓuidet.
multomagis tu ad imaginē dei cōditus
ad videndā eius gloriā vocatus cum tā/
to magiſterio adiutus ipſum deum crea
torem habens ducem in ꝑſenti debes fru
ctus colligere quibus poſſis viuere in fu
turo queꝛe glo. Solertiam autem formi
carum quā ſupra cōmendant auctores.
approbat areſt. libro. viij. vbi dicit. Ope
ratio formicarum eſt manifeſta volenti
ipſam intueri quoniā formice ſemꝑ am
bulant vna via ꝛ deponunt cibum ſuum
et laborant in nocte apud cōplementuꝫ
lune ꝛc. Aliquas tamen habent min⁹ lau
dabiles ꝓprietates. quia arboruꝫ ledunt
radices iuxta quas nidificant. man⁹ tan
gentiū coinquinant. ad ſummitates arboꝝ
ſcandūt flores ꝛ germina earū corroden
do violant. imo fructus ſi ꝑmittanť con/
cauant ꝛ manducant. hominib⁹ nocent.
attamen vrſos iuuant. nam vt dicit pli.
libro. viij. ꝙ vrſi quādo egrotāt querunt
formicas quas deuorāt. ꝛ ſic comeſte eos
ſanant. in aliquib⁹ tamen carnib⁹ medici
nalia ſunt oua formicarū. Quere in ſe/
quenti li. de ouis.

## Capitulum. LII.

De formicaleone

Formicaleon a formica et leone
recipit denominationem. vt di
cit Iſidorus libro. xij. formica ē
et leo. Eſt enim animal paruum formi/
cis infeſtum. nam furtiue earum prom/
ptuaria ſubintrans granum comedit for
micarum. et ſic per ſubtractionem vict⁹
cauſa eſt quare ſimplices formice in fi/
ne neceſſario moriuntur. Ab alijs au/
tem animalib⁹ deuoratur vt formica. nec

potest ſe proprijs viribus contueri. et eſt
ſpecies aranee. Quere ſupra de aranea
in littera A. ⁊c.

## Capitulum. LIII.

¶ De fuco

Fucus fuci eſt ape maior. minor
ſcabrone. dictus autem eſt fucuſ
eo ꝙ comedit labores alienos q̄ſi
ſi fagus a fagin quod eſt comedere. depa
ſcitur enim quod non laborauit. quia nec
mellificat ſed aliorum mel manducat:
de quo virgil'. Ignauū fucus pecus a pre
ſepibus arcet. vt dicit Iſidor' libro. xij.
De his fucis dicit Plini' libro. xi. c. xij.
Cum largior inquit mellis ꝓuent' ad/
ducitur in aluearibus ex cōtubernio fu
corum depaſcitur. Sunt autem fuci ſine
aculeo velut impfecti apes. ⁊ ſunt ſerui/
ciales verarum apum. ⁊ ideo eis imperāt
vere apes primoſqȝ expellunt ad opera tar
dantes autem ſine clementia pungunt ⁊
puniunt. neqȝ in opere tantū ſed etiā in
fetu adiuuant apes. Certe enī quo ma/
ior eorum fuerit multitudo. eo maior fi
et examinū ꝓuentus. Cum mella ve/
ro ceperint matura eē abigūt eas a mel
le. quia ſingulas aggreſſe eas trucidant
atqȝ fugant. nec vident̄ niſi in vere. Im
peratoribus apum fuci extruunt regias
manſiones amplas magnificas. ſepa/
tas. coopculo eminentes. ⁊ fiunt ſexan/
gule omnes celle ſingulorū. ⁊ q̄uis fuci
ſuſtineant tot labores. comedere tamen
de melle vix ꝑmittūtur niſi quantū capi
unt ⁊ furantur vt dicit pli.

## Capitulum. LIIII

¶ De griphe

Griphes eſt animal pennatum et
quadrupes in yperboreis parti/
bus ſiue montibus naſcens om
ni parte corporis ſunt leones. alis tan/
tum ⁊ capite aquilis aſſimulātur. Equis
vehementer ſunt infeſti et viuos homi/
nes diſcerpunt. vt dicit Iſidorus libro
xij. Adeo autem infeſtat equum vt ait
Huguitio. ꝙ equitem armatum cum eo
rapiat i ſublime. vt dicat gloſa ſup deut.
xiiij. cuſtodiunt autem griphes mōtes
in quibus ſunt gemme precioſe vt ſma
ragdi ⁊ iaſpides. nec ꝑmittunt eas au/
ferri exinde. vnde dicit Iſidorus libro
xiiij. ca. iij. Partes quedam in ſcithia au
ro ⁊ gemmis affluunt. ſed griphorū im
manitate acceſſus hominum eſt rarus.
Ibi ſmaragdi optimi et criſtalli ⁊c. Tā
magnos habent vngues et tam amplos
ꝙ inde fiunt ciphi qui menſis regū ap/
ponuntur.

## Capitulum. LV

¶ De glire

Glires ſunt quedam beſtiole qua
ſi maiores mures ſic dicti. quia
ſomnus efficit eos pingues. nā
gliſcere idem eſt quod creſcere. vt dicit
Iſidorus libro. xij. Tota enī hyeme dor
miunt ⁊ imobiles quaſi mortui requieſcūt
eſtiuo tempore reuiuiſcunt. vt dicit idē
De glire autem dicit pli. libro. viij. ca.
lviij. ꝙ glires in ſiluis libenter habitant
et ſocios ſibi notos amant cōtra alienos
dimicant ⁊ pugnant. Inſigni vero pieta
te genitores ſuos in ſenectute nutriunt
et eis alimenta iuuenes adminiſtrant.

## Capitulum LVI

¶ De grillo

Grillus ſicut ⁊ cirogrillus eſt aīal
paruū debile et infirmum rapax
et mortiferū ſpinoſum. minus
ericio. vt dicit gloſa ſuper leuit. A ſono
autē vocis nomen ſumpſit. vt dicit Iſi.
libro. xij. hoc retro ambulat ⁊ terram tere
brat. noctibus ſtridet. venatur cum for/
mica circūligata capillo in cauernā ei'
coniecta. afflata prius puluere ne ſe ab
ſcondat. ⁊ ita formice amplexibus trahi
tur. vt dicit Iſido.

## Capitulum LVII

¶ De hinnulo

Hinnulus cerui ē filius ab innuē
do dictus. quia nutu matris ab
ſcondit̄. vt dicit Iſi. li. xij. aīal q̄/
dem ē debile ⁊ imbelle ſic damula. ⁊ ē acu
tiſſimi viſus ⁊ velocis curſus. mr̄ aūt ei'
ipm i ſpecubꝰ ⁊ ātris ⁊ locis vmbroſis ab
ſcondit. ⁊ illū vltra ſpineta ⁊ rubeta ſalta

te inſtruit. vt di. pli. li. viij. ca. de ceruis.
vide ſupꝛa lr̄a c. carnes habēt teneras ⁊
digeſtibiles ꝓpter motus frequētiam et
diſcurſum. vt dicit ꝯſtan. ⁊ yſa. in diet. ⁊
ſi fuerit caſtratus anteq̄ creſcant eius
coꝛnua. caro ei⁹ melioꝛ et temperatioꝛ in
ſiccitate et caloꝛe eſt. vt dicit idem. et ſi
fuerit caſtrat⁹ anteq̄ coꝛnua habuerit
nunq̄ ei vlteri⁹ creſcent. ⁊ ſi poſt nūq̄ ea
abijciet nec mutabit. vt dicit Areſto. li.
viij. et pli. Hinnuli ſerpentibꝫ cōtrarian
tur miro modo. qui eni fuerit inunctus
eius ſepo vel ſanguine a ſerpente illo die
non tangit. vt dicit. xxxviij. li. cap. ix. et
eius coagulum eſt ſummū remediū in ve
nenis. vt dicit idem.

# Capitulū .LVIII.

De hirco

Hircus eſt animal petulū ⁊ laſci/
uum ſemper feruens ad coitum.
vt dicit Iſido. li. xij. cuius oculi
ob libidinem in tranſuerſum aſpiciunt.
nam hirci dicunt oculoꝝ anguli. vt di/
cit idē. Eius natura eſt calidiſſima adeo
vt adamantē lapidē quem nec ignis nec
ferrum domare valet eius cruoꝛ calidiſſi
mus remollit. vt dicit idem. Hic caper ē
dictus. eo q caꝑe nititur arboꝝ ſummi/
tates vt dicit idem. Incipit aūt hircus
ad generandū moueri poſt vnū annū. vt
dicit areſto. li. v. Et filius qui pꝛimo ge
neratur eſt groſſioꝛ ⁊ pinguioꝛ poſt gene/
ratis. Item idem li. vij. Quidam hirci
habent notabilē magnitudinē in auricu/
lis ſicut quidam arietes in caudis ſuis.
nam quidam habent in latitudine plus
q̄ latitudinē palme. ⁊ habent ꝓlixā bar/
bam ⁊ caudā extenuatā in longitudine
vſq̄ ad terraꝫ ⁊ habent coꝛnua multa et
foꝛtia atq̄ groſſā. et ſunt hiſpidi et duri
odoꝛis ⁊ fetidi. pinguedinis multe. pꝛe
cipue interius circa renes. ⁊ tūc de facili
moriunt niſi in pinguedine attenuent.
et quāto ſunt pinguedinis maioꝛis tan/
to ſunt minoꝛis ſemis ⁊ paucioꝛis gene/
rationis. vt di. idē. li. viij. ⁊ nō coeūt niſi
raro. ⁊ ꝓpter hoc interficiūt eos paſtoꝛes
ſapiētes ante coitū. aut eos macrificant
ſi ſeruēt ad vitā. ⁊ ſi apparēt macri exte/
rius q̄ſi q̄ interius ſunt valde pingues.
Et accidit eis ſepe mōſtruoſitas vt dicit
Iſido. li. xviij. vnde aliq̄n viſus eſt hirc⁹
habens coꝛnua in cruribꝫ q̄d valde erat
mōſtruoſum. Carnes aūt hircine inter
omnes carnes pecoꝛinas ſunt deterioꝛes
durioꝛes ⁊ indigeſtibilioꝛes. vt di. yſaac
in diet. ⁊ maxime q̄n hircus eſt decrepi/
tus. cutis aūt decrepiti eſt melioꝛ ⁊ foꝛ/
tioꝛ. ſed odoꝛ eſt grauioꝛ ⁊ caro peioꝛ. Cū
autē caſtratus fuerit. caro ei⁹ erit humi/
dioꝛ ⁊ tenerioꝛ ⁊ minus dura ad digerē/
dum ⁊ minus mala ad edendum. Dicit
autē pli. li. xxviij. democritū dixiſſe hir/
cum ſiue caprū nunq̄ ſine febꝛe eē. San
guis aūt hirci cū edera nutriti miro mō
diſſoluit calculū in renibꝫ ⁊ veſica. vt di.
Iſido. Coꝛnu ei⁹ exuſtuꝫ fugat ſerpētes
et ſanat fiſtulas ⁊ cancros et alios moꝛ/
bos vlceroſos. polipū etiā coꝛrodit ⁊ emē
dat. Iecur hircinū valet cōtra moꝛſum
rabidi canis. fel eius viſum clarificat pā
nū ⁊ telaꝫ coꝛrodit. hircina vꝛina mixta
cum felle eius lepꝛoſis confert ⁊ lentigi
nes tollit ⁊c.

# Capitulum .LIX.

De hiena

Hiena crudelis eſt beſtia ſimil' lu/
po in voꝛacitate ⁊ in gula. etiam
in moꝛtuos ſeuit ⁊ eoꝛū cada/
uera de terra extrahit ⁊ coꝛrodit. et ideo
hiena ab hiando eſt dicta. quia pꝛe aui/
ditate rictibus patulis inhiat ad pꝛedā
ſuam. Natura eius eſt vt mutet ſexum.
nūc eni maſculus. nūc femina inuenit et
ideo īmundū aīal eſt. vt dicit Iſi. circuit
domos de nocte. ⁊ humanā put pōt fin/
git vocem vt ita ſuſpicet eſſe homo. De
hiena dic' pli. li. viij. ca. xxxi. hienis vtrā
q̄ ineſſe naturā. q2 alternis annis marē
alternis feminā eſſe dicūt. parit aūt ſi/
ne mare vt credit vulgus. ſed areſto. ne/
gat vipe habet collū ⁊ doꝛſum elephan/
tis. flecti nō poteſt niſi totū coꝛpus circū
cingatur. Tradūt paſtoꝛes inter ſtabu/
la ſermonē humanū fingere. alicui⁹ no/
men adducere quē euocant foꝛas vt la/
cerent. Nominatōeꝫ hoīs ſolent fingere
ad ſollicitandum canes quos inuadant.

multas ⁊ innumerabiles habet coloꝝ in
oculis varietates ⁊ oculos valde mobi-
les. eiuſcꝫ vmbra facit canes obmuteſce-
re quos cõtingit. ⁊ omne aĩal qḋ ter luſ-
trauerit in eiꝰ veſtigio figit gradũ. Hec
beſtia coit cũ leena ethiopica. ⁊ generat
aĩal quoddã crudeliſſimũ. voces hoĩm et
pecoꝝ imitans. plures dentium acies vel
ordines in vtracꝫ pte oris hñs. Hienas
plurimas affrica gignit ſicut ⁊ onagros
et fibros ⁊ multa alia monſtruoſa. vt di-
cit pli. Item ibidẽ. Hec beſtia gignit la-
pidem qui hiena dicitᷣ. quẽ qui portaue-
rit ſub lingua facit hoĩ futura pdicere et
diuinare. vt dicit ſolinus. Itẽ dicit pli.
libro. xxviij. hiena odit pantheram. et ſi
pelles vtriuſcꝫ beſtie ſuſpendanᷣ. dicunt
decidere pilos panthere. Cum fugit hie-
na venantẽ. declinat ad dexterã vt pgreſſi
hominis veſtigia occupet. qḋ ſi nõ ſucceſ-
ſerit dicunt mẽte alienari vel ex equo ho-
minem decidere. aut ſi in hienam torſe-
rit de facili capitur beſtia vt magi tradũt.
Item vt dicit idẽ. fel eius eſt valde me-
dicinale. valet maxime cõtra caliginem
oculoꝝ qꝛ in multis etiã maleficijs coꝛ-
de ⁊ iecore hiene vtunᷣ magi vt dicitur
ibidem. Areſto. xvo dicit li. vij. ꝙ quanti-
tas hiene eſt ſicut quãtitas lupi ⁊ in eiꝰ
collo ſunt pili ſicut in collo equi. ⁊ habet
pilos ſup oĩa ſpondilia. ⁊ deludit hoĩes ⁊
pdatur eos. ⁊ capit canes ⁊ deuorat, ita li-
benter ſicut homines. ⁊ cauat ſepulturas
vt comedat carnes mortuoꝝ.

## Capitulum. LX.

De hericio

Hericius eſt animal ſpinoſũ ſpi-
nis hiſpidis ⁊ aſperis coopꝫtum.
Corium eñi habet vndicꝫ aculeis
circũſeptum. ita ꝙ ſe claudit quibus vn-
dicꝫ ſe protegit ⁊ defendit. Nam ſtatim
vt aliquid preſenſerit poſt ſe. ſurgit atcꝫ
in globum cõuerſus in ſua ſe arma con-
tra inſidias recolligit. huius quidẽ pro-
uidentia eſt. aſcendit eñi in vitem ſiue ĩ
aliam pomiferam arborem ⁊ vuas exaci-
nat. poma deijcit. ⁊ cum poma in terrã de-
ciderint inuoluit ſe ſuper fructus vt ſpi-
nis infigãtur. ⁊ ſic portat eſcã filijs ſuis

vt dicit Iſiḋ. li. xi. vnde et ab hiſpidita-
te ⁊ rigore ſpinaꝝ hericius vel herinaciꝰ ẽ
vocatus. habet eñi vt dicit areſto. ſpinaſ
loco piloꝝ. ⁊ cooperiunt eũ ſicut pili. ⁊ ſũt
ſibi arma. qꝛ pungit ⁊ ledit ſe capientẽ
vel tangentem. Item areſto. li. iij. hericij
alij ſunt ſiluatici ⁊ alij terreni ⁊ alij ſunt
aquatici ⁊ faciũt oua multa que non co-
meduntᷣ ⁊ ſunt hericij paruũ habentes de
carne. ⁊ hoc eſt eis ꝓpriũ. habet hericiꝰ ca-
put ⁊ os inferius ⁊ tñ exitus ſupfluitatꝫ
ſupius quoniã paſcunᷣ a pte inferiori.
⁊ ꝓpter hoc habet orificiũ in alia pte. ſup-
fluitas xo eſt in dorſo ſupius. ⁊ habet he-
ricius quincꝫ dentes. et inter illos habet
ptes carnoſas loco lingue. ⁊ habet vẽtrẽ
diuiſũ in q̇ncꝫ plenas ſupfluitates. vñ
etiã eſt genꝰ hericij albe teſte ⁊ ſpinaꝝ al-
barũ. ⁊ eſt multoꝝ ouoꝝ. Item hericiꝰ eſt
debilis auditus magis q̃ alia animalia
dure teſte et ambulantia ſup quatuor pe-
des. Itẽ li. v. Hericij agreſtes coeũt ſtã-
tes dorſo applicato ad dorſum. qꝛ in illa p-
te vbi eijciũtur ſupflua ſe cõtingũt. Itẽ
libro. viij. ⁊ multotiẽs apparet ſenſus in
hericijs ɔtra ventos ſeptẽtrionales ⁊ me-
ridionales. quoniã faciũt foramẽ in ter-
ra ad qḋ fugiunt qñ pſentiunt tales ven-
tos ĩminere. Unde quidã fuit in cõſtan-
tinopoli qui habuit hericiũ p quẽ cogno-
uit ⁊ pdixit ventos futuros. ⁊ non intelle-
xit aliquis vnde talem noticiã habuiſſꝫ
Item dicit idem li. xlij. ꝙ tot habet ven-
tres quot dentes. ⁊ in illis ventribꝰ gene-
ranᷣ oua quincꝫ. ⁊ quidã hericij ſũt alijs
meliores ⁊ oua quorundam maiora. ⁊ q̄-
dam ſunt minora. quoniã quedã meliuſ
decoquũtur ⁊ digeruntur q̃ alia. Item li-
bro xix. Hericij habent modicũ corpus
et multas ſpinas maiores corpe. Et cã
magnitudinis ſpinarum et puitatis coꝛ-
porum eſt. quoniã nutrimentũ corporis
tranſit in eas propter caloris paucitatẽ
⁊ quia cibus nõ digeritur bene. vnde ge-
neratur in corporibꝰ eoꝝ multa ſuperflui-
tas. et illa ſupfluitas tranſit in nutrimẽ-
tum ſpinarum. hucuſcꝫ areſto.

## Capitulum. LXI.

De herinacio

Herinacius idem eſt quod cito/
grillus aīal puū ⁊ ſpinoſum ha/
bitans in cauernis. ſimile heri/
cio ſed dicit̄ eſſe maius. de quo pli. li. viij
c. xxxviij. herinacij inquit more hericij ſe
volutāt ſup poma. que ſpinis infixa deſe
runt in arbo͛ꝝ ꝯcauitates. ⁊ ꝑter illa que
geſtat in dorſo vnum ſemꝑ geſtat in ore.
quando venat̄ in modū pile ſe voluit ne
qñ poſſit ꝓpter aculeos compꝛehendi. quan
do aūt poſſe euadere ſe deſperat. herinaci
us vrinā ex ſe emittit tabificā ⁊ veneno/
ſam. ⁊ illa vrina primo nocet ſibi ſi eius
dorſum vel ſpina inde aliqualiter aſperga
tur. nam tali fluxu dorſum ſuū leditur et
euellunt̄ ſpinule dorſi ſui ⁊ ideo ignorat
ꝙ inde facilius capiat̄ vnde alios lede/
re ꝓponebat. et ideo ars eſt ꝙ tunc venet̄
talis beſtiola qñ vrina talis beſtie peni/
tus inanita eſt. qꝛ tunc fracto dorſo ⁊ la/
ceratis ſpinis ipſi minime valet fuga. Et
ideo qꝛ odore ſuo naturaliter ꝑcipit tan
ta in vrina ſua lateſcere venena. ſemꝑ
vrine ſue parcit ne eius virulentiam a ſe
moueat aut diffundat quouſqꝫ captiui/
tatis neceſſitas vltima hanc compellat.
Hec beſtiola q̄uis paruula. tanta ſe con
ſtringit fortitudine quādo timet. ꝙ vix
ſaluo cortice poterit aperiri. In aqua igi
tur calida ponit̄ qua aſperſa quaſi ſubito
aperitur. ⁊ tunc ligatis pedib9 poſteriori/
bus ſuſpendit̄. ⁊ ſic ſuſpenſa fame tandē
interficitur. nec aliter bono modo inter/
ficitur vt eius pellicula aculeata porte/
tur. Et q̄uis illius animalis corpuſcu
lum humanis vſibus nō multum ſit ne
ceſſarium. tamen eius pellicula tam ſpi/
nata ita mortalib9 eſt neceſſaria. ꝙ ſi nō
eſſent aculei fruſtra vellerum mollicies
in pecudibus mortalibus eſſet data. cu/
te enim hericina veſtes poliuntur. Hoc
autem dicitur habere proprium herina
cius. ꝙ poſtq̄ꝫ pomis et racemis eſt one/
ratus. ſi ceciderit pomum de ſuis ſpinis
caſu aliquo. pre indignatione omnia de
dorſo excutit. ⁊ vt ſe iterum oneret reuer
ti ad arborem conſueuit.

## Capitulum LXII

De iuuenca

Iuuenca vel iuuencus eſt iuue/
nis vacca que ad terram excolē
dam iugo ſubijci eſt apta vt di/
cit Iſido. vel ideo ſic dicitur. quia anti/
quitus ioui iuuencis īmolabatur ⁊ non
taurus. vt dicit idem. animal eſt petulus
et laſciuum propter iuuentutem et ideo
fortiori iugo ꝓmitur vt dometur. ſtimu/
lo etiam pungitur. vt rectius ſequi bouū
veſtigia coartetur. Iuuenca taurorum
copule ſolet eſſe apta. quia in tali etate
eis coniūgitur vt impregnetur. Impin
guatur in paſcuis vt pro varijs homi/
num vſibus ducta ad macellum a carni/
fice īmoletur ſeu mactetur. carnes ſiccio
res et ſolidiores habet q̄ꝫ vituli lacten/
tes propter remotionem a lacte. ſed te/
neriores calidiores ⁊ humidiores q̄ꝫ ha
bent boues decrepiti ſiue vacce. quia la/
ctētī etati magis ſunt vicine. vt dicitur
in dietis.

## Capitulum LXIII

De leone

Leo grece rex latine. eo ꝙ rex ſit
et princeps omniū beſtiarum vt
dicit Iſido. li. xij. Leonum autē
quidā ſunt breues ⁊ iuba criſpa. ⁊ hi ſunt
imbelles. quidā vero ſunt longi et coma
ſimplici. ⁊ hi ſunt acriores. animos eorū
frons ⁊ cauda indicat virtus eorū in pe/
ctore. firmitas eorū in capite ſepti a ve
natoribus terram cōtuentur vt minus
circūſpectis venatorib9 vel venabulis ter
reant̄ rotarū timent ſtrepitus. ſed ignes
magis cum dormierint vigilant oculi eo
rum. ⁊ cum ambulant cooꝑiunt veſtigia
ſua ne eos venator poſſit inuenire. Lux
genuerit catulū tribus diebus ⁊ tribus
noctibus dormire credit̄ tunc demū pa/
tris fremitu vel rugitu velut tremiſcens
cubilis locus ſuſcitare dicit̄ catulum dor
mientē. Circa hominē natura leonū eſt.
vt niſi leſi iraſci nequeant. Patet etiam
eorū miſericordia aſſiduis exemplis. nā
proſtratis ꝑcunt. captiuos obuios repa
triare ꝑmittūt. hoiem niſi in magna fa/
me nec comedūt nec interimūt. hucuſqꝫ
Iſi. li. xij. De leone aūt di. pli. li. viij. ca.
xvij. Leo ī ſūma generoſitate ē qñ iubis

x

coll'a ⁊ humeri veſtiūtur. quos pardi gi-
gnūt ſemꝑ carent hoc inſigni. coitū autē
pardi cū leena odore cognoſcit leo. ⁊ to-
tus in adulterē ſurgit penā. ſed in flumi-
ne abluit' tegit' eius culpa ⁊ a mare non
ꝑcipit'. In pariēdo vnguib' filiorꝫ lania-
tur vterus parientis ⁊ ideo non ſepe pa-
rit. Areſto. autē vt dicit pli. dixit leenā
primo quinqꝫ catulos parere. deinde q-
tuor. ⁊ ſic ꝑ annos ſingulos ad min' vno
ſterileſcere. pariterqꝫ informes catulos ⁊
paruos. magnitudine muſtelarū in prin
cipio dicit etiam catulos ſex menſiū vix
poſſe naſci ⁊ duorꝫ menſium vix moueri.
Urinam eijcit leo leuato crure more ca-
nis. ⁊ vrina eiecta valde fetet. quando ſe-
mel ſatiatur. duob' diebus vel tribus ci-
bo caret. ⁊ ſi in ſatietate fugiendū eſt. ci-
bos ad fauces reijcit ⁊ cum vnguib' eos
extrahit vt ſic ſit leuior ad fugiendū. diu
tiſſime viuit. quod cognoſcit' per dentiū
conſumptionē. ⁊ tunc in ſenecta hominē
impetit. quia ad ꝑſequendas beſtias vel
beluas virtus iam deficit. ⁊ tunc obſidet
ciuitates vt' homines rapiat ſed quādo
capiūtur tunc ſuſpendūtur vt metu ſimi-
lis pene ceteri terreātur. In viros ſeuit
contra feminas tantuꝫ fremit. infantes
raro inuadit niſi in magna fame. Ani-
mi leonū index cauda eſt ſicut equorꝫ au-
res. Nā quādo irati ſunt animi. ꝑprimo
terram cauda verberant. deinde decreſcē-
te iracūdia ꝓprium tergū ꝑcutiūt ⁊ flagel
lant. Ex omni vulnere illato a leone ſiue
impſſo vngue ſiue dente ꝓfluit ater ſan-
guis vt dicit Iſido. Item in periculis
maxime apparet generoſus. vnde quan-
do ꝑſequitur a canibus aut venatoribus
nō latitat nec ſe occultat ſed ſedet i cam-
pis. ibiqꝫ vbi videri pōt ad defenſionem
ſe parat. vbi virgultū ſiluaſqꝫ penetraue-
rit. acerrimo fertur curſu velut reputans
turpem abſconſionē. Non eni ſe abſcon-
dit eo ꝙ timeat. ſed ſolum ne timeat' ali-
quotiens ſe occultat. Dum aliquem in-
ſequitur ſaltu inſilit. quo nō vtitur quā-
do fugit. quando vulneratur mira obſer-
uatione notat primo ſe tangentem. ⁊ in
quātalibet multitudine primuꝫ impedit
ꝑcuſſorem. ⁊ cum quis telum miſerit ⁊
eum nō tetigerit correptū rotatū ſternit
ſed nequaqꝫ ipſum vulnerat neqꝫ ledit.
quando morit' humū mordet. lacrimāqꝫ
fundit. quādo egrotat ſanguie ſimee me-
detur. criſtam galli ⁊ cantū valde timet.
Animal ē gratū cognoſcēs ⁊ diligēs ſibi
benefacientē. vt patet in exēp'is que ibi
ponit pli. huculqꝫ pli. li. viij. ca. xvij. De
leone aūt dicit areſto. li. ij. ſiſt' auic. Leo
habet collū quaſi imobilē multū rigidū.
et interiora habet ad modū canis. ⁊ ſemꝑ
primo mouet dextrū pedē ⁊ poſt ſiniſtruꝫ
ſicut ⁊ camelus. ⁊ parū habet de medulla
in oſſibus. ⁊ eius oſſa ita ſunt dura vt ex
eorꝫ colliſione exit ignis. Iteꝫ li. xvi leo
habet multas fiſſuras in pedib'. ⁊ ideo ge-
nerat filios cecos ſicut canis vel lupus
nam ſerratos habet dentes. ⁊ ideo filios
generat impfectos ſicut dicit idem ⁊ eti-
am ſolinus. qui dicit leonem timere qñ
videt vel audit catulū verberari. cui' filij
naſcūtur ceci ſicut ⁊ omniū animaliū ha-
bentiū dentes diuiſos ꝓpter ingluuiē na-
ſcunt' filij impfecti. In altiſſimis mōti-
bus occultat ſe. ⁊ inde cōtemplat' predā
ſuam quā cū viderit alte rugit. ad cuius
vocē terrent' aīalia ⁊ ſubito figūt gradū.
circa que cū cauda in orbē lineam ducit
et illi' lineature circulū tranſire quodli-
bet animal pertimeſcit ⁊ ſtant animalia
ſtupida quaſi edictū expectātia regis ſui
Trāſiens ꝑ loca aſperiora vngues intra
pedē cōtrahit ⁊ recondit. Nā illis vtitur
pro mucrone. et ideo infra carnoſitatem
ipſos abſcōdit ⁊ eis ꝑcit ne ledant' vel he-
betēt'. predā ſuā quā arripit ſolus come-
dere erubeſcit. ⁊ ideo ſepe ipm a remotis
ſequētib' alijs beſtijs de ipſa pda libera-
litatis gratia derelinquit vt dicit idem.
tāte aūt eſt calidiatis ꝙ febres ſꝑ quartā-
nas patit'. ⁊ hunc morbū naturalit' ſuſti-
net vt ei' feritas edomet'. cui' caro cū ex-
cedat in calore ad eſum ē nociua vt dicit
dyaſ. ⁊ pli. li. xxviij. valet etiā in medici-
na multiplicit'. cui' adeps venenis eſt cō-
trarius. quo quicūqꝫ punct' fuerit. aliorꝫ
aīaliū vel reptiliū morſus illo tpe nō ti-
nebit. ei' etiā adeps mixtus cū oleo ro-
ſiceo cutē faciei cuſtodit a vicijs cādorē-
q ſeruat ⁊ ſanat. aduſta oculorum ſedat

tumores. fel eius aq̄ua addita oculorū
acuit claritatē. valet etiam contra comi
ciales morbos ⁊ caducos. Cor eius in ci
bo ſumptū ſoluit quartanā febrem. huc/
uſqꝫ Plini⁹ libro. xxviij. c. viij. Venatur
autem leo ſic. duplex fit fouea. vna con
tinue iuxta aliam. in ſecundaria fouea
ponitur vna cauea ſiue ciſta que de facili
clauditur quādo tangitur. ponitur autē
agnus vel ouis in fouea prima in quam
ſalit leo quādo eſurit pro ouicula rapiē/
da cupidus. videns autē ſe non poſſe de
fouea erumpere. erubeſcens ſe deceptum
foueam volens intrare ſecundam vt ibi
lateat. incidit in ciſtulam ſiue caueā ibi/
dem ꝑparatam. que poſt eius introitum
ſubito ſe claudit ⁊ ipſum vlterius nō per
mittit exire. ſed in cauea extra foueā ex/
trahitur ⁊ in illa tenetur captus ⁊ cate/
natus donec edometur et hoc tangit hie
ronim⁹ ſuper Ezechiel. xix. capitulo. ſup
locū iſtū. miſerūt eum in caueā ⁊c̄.

## Capitulū LXIIII

### De leena

Leena leonis dicitur femīa. que
beſtia eſt multū libidinoſa. ſem
per enim geſtit in coitum. et ideo
leone crudelior eſt. ⁊ maxime quādo ha
bet fetum. Nam pro filijs morti ſe expo
nit. ⁊ pro ipſorū defenſione venatorum
iacula non ꝑtimeſcit. plures parit filios
in primo partu q̄ꝫ in ſequentibus. nam
propter acumen vnguium filiorū ledi/
tur matrix. et ſic annuatim ſterileſcit. vt
dicit areſto. et Pli. qui dicit ſicut ait Iſi
dorus libro. xij. animalia cum acutis vn
guibus frequēter parere nō poſſunt. vi
ciantur enī earum matrices vnguibꝫ in
trinſecus mouentibus ſe catulis. ⁊ ideo
non poteſt leena expectare cum partu vſ
qꝫ ad filiorum perfectam cōpletionem.
ſed potius dimittit partum dolore cogē/
te et effundit anteqꝫ filij compleantur.
pre feruore libidinis pardis ſe commi/
ſcet. Sed poſt coitū leonem timet. nam
turpem cōmixturam ſentit leo per odo/
rem niſi prius poſt adulterium in flumi
ne abluatur. vt dicit Pli. ⁊ quando ipſā
deꝑhendit ream ſtatim punit. ⁊ ideo ipſa
ſtatim fugit. et niſi fuerit prius abluta
non reuertetur ad maritum. Eſt autem
parua beſtia vel beſtiola quā miro modo
timent leo ⁊ leena que vocatur leonzofo
nes. nam quoddā portat venenum quod
leonem interficit ⁊ leenam vnde capta
beſtiola exuritur eiuſqꝫ cinere aſpſe car/
nes ⁊ poſite ꝑ compita ſemitarū leones
necant. vt dicit Iſido. li. xij. Scdm autē
auic. li. vij. ca. i. dicitur. Leo eſt aīal cibi
auidū ⁊ guloſum. ⁊ ideo ſine maſticatio/
ne deuorat cibū ſuum. ⁊ ꝓpter hoc euomit
comeſtū ⁊ iterato comedit reiecta. ⁊ co/
medit multum ita q̄ de cibo fit ponderoſ
ſus. ⁊ poſt ſtat ieiunus ꝑ duos dies ⁊ du
as noctes. ⁊ nō eijcit ſtercus a ſe niſi ſe/
mel in duobꝫ diebꝫ vel tribꝫ. ⁊ eſt id ſic/
cum ſine humido ⁊ eſt valde fetēs. ſimi/
liter ⁊ vrina ſua. ⁊ quando ſcindit venter
eius exit malus odor. et anhelitū habet
fetidū ⁊ infectiuū ac morſum mortiferū
et venenoſum ⁊ maxime quādo eſt rabio
ſus. Fit autē rabioſus ſicut canis vt di.
Areſto. ⁊ auic. ⁊ eſt crudele quādo iraſci
tur ⁊ furibundū. ꝑ indignatione verberās
ſemetipm̄. Fremit ꝑ ira ⁊ frendit denti/
bus maxime qn̄ eſurit. ⁊ aīalibꝫ trāſeūti
bus vt ea rapiat inſidians in ſpecubꝫ et
antris abditis ſe abſcōdit. ac ſup trāſeū
tes beſtias ex ipꝛouiſo inſilit ⁊ eas dente
et vngue crudeliter dilaniat ⁊ etiā occi
dit. carnē oſſa ⁊ pellē cōminuit ⁊ ꝯſtringit
ac cōfracta fruſtatim dilaniat deuorat ⁊
ſtrangulat. ⁊ ſi viderit quēpiā venire cō/
tra ſe vt ꝑdam eruat quā rapuit. ꝑdam
amplexat ⁊ frendit ⁊ terrā cauda ꝑcutit.
⁊ ſi appropīquauerit ī ipm̄ inſilit. quo de
uicto iterū ad ꝑdam redit. ſanguinē ani/
malis occiſi ab eo primo bibit ⁊ lambit.
deinde reſiduū diſcerpens mēbratim di/
uidit deuorat ⁊ deglutit.

## Capitulum LXV

### De leopardo

Leopardus eſt beſtia ſeuiſſima &
leonis ⁊ pardi adulterio genera
ta. vt dicit Iſid. li. xij. Nā vt di.
pli. leone cū parda aut pardo cū leena cō
cūbente. ex tali coitu degeneres pardi ꝓ
creāt ſic ex equo ⁊ aſina vel ex aſino et eq̄

gignitur mulus ſiue burdo. vt dicit Iſi.
Eſt autē animal valde p̄ceps ⁊ ſitit ſan/
guinem. Eſt ⁊ femina maior ⁊ crudelior
q̄ ſit maſculus. vt dicit Areſto. Colorē
habet variuȝ ſicut pardus. ſaliendo non
currendo inſequitur p̄dam. ⁊ ſi in tercio
ſaltu p̄dam nō rapit vel in quarto. p̄ in/
dignatione ſiſtit et quaſi victus retroce/
dit. corpus cū cauda ⁊ pedib⁹ leoni aſſi/
milatur. ſed in capite formā pardi imi/
tatur. leena aūt corpore eſt minor ⁊ leoni
maſculo mirabiliter eſt exoſus vnde ti/
mens leonem facit foueam ſubterraneā
duplex orificium habentē. vnum per qđ
intrat. ⁊ aliud per qđ exit. eſt aūt fouea il
la in vtroq̄ orificio valde ampla ⁊ in me
dio magis ſtricta. veniente itaq̄ leone
in foueam ſe mergit. quē pſequens leo
foueam cum impetu ſubintrat vbi triū/
phare putat de leopardo. ſed proptē ma/
gnitudinem corporis per medium fouee
vbi ſtrictior ē libere tranſire nequit quē
ſciens leopardus ita in ſtrictura impedi
tum. illam foueam egreditur. et tunc in
parte oppoſita foueam intrans leonem
a tergo morſib⁹ ⁊ vnguib⁹ aggredit᷑. ⁊ ſic
ſepe arte nō viribus de leone obtinet vi
ctoriam leopardus. et ſic degener beſtia
de fortiori ſepe per aſtutiam in antro vi/
ctoriam obtinet. quem per potentiam in
publico inuadere non audet. ſicut nar/
rat homerus li. de pugnis ⁊ aſtutijs beſtia
rum. Areſt. libro. viij. dicit de beſtia que
dicitur ferculeo quādo comedit aliquod
venenoſum ⁊ tunc querit ſtercus homi/
nis ⁊ comedit ipſum. ⁊ ideo venatores fi
mum illum in vaſe aliquo ſuſpendūt ſu/
per arborem. et cum venit leopardus ad
arborem ſaltat vt accipiat ſtercus et in/
terim ipſum interficiunt venatores. idē
facit panthera et pardus vt dicitur ibi/
dem. de leopardo etiam Plinius dicit.
Leopardus quando egrotat ſanguinem
capre agreſtis bibit. et ſic inde languo/
res euadit.

# Capitulum LXVI

De lepore

Lepus dicitur quaſi leuipes quia ve
lociter currit. vnde ⁊ grece legos
pro velocitate curſus dicitur. Item di/
cit Iſido. libro. xi. Omne animal velox
timidum ⁊ imbelle. vt dicit idem. nulluȝ
habens armorum genus niſi membrorū
leuitatē. debilis eſt viſus ſicut et cetera
animalia que nō claudunt palpebras in
dormitando melioris autem eſt auditus
q̄ viſus potiſſime quando aures ei⁹ ſunt
erecte. cuius aures ſunt longe valde et
flexibiles. quod fuit neceſſarium proptē
oculorum aperturam. nam auribus ocu
los defendit apertos. quia nullo cooper/
culo ſunt muniti ab infeſtatione cinifuȝ
et muſcarum. nam contra omne nociuū
dedit natura remediū creature. vt dicit
Auicē. et ideo data eſt lepori mēbrorum
leuitas ⁊ curſus agilitas contra canes ⁊
alias beſtias ipſum inſequētes. data eſt
etiam auriū proceritas cōtra muſcas et
cinifes importune eius oculos debiles in
feſtantes. vt dicit idem. data eſt etiam
ſub pedibus multa pilorum villoſitas vt
pili pedis carnoſitatē currendo a leſione
defendant ⁊ propter ſui leuitatem pedes
in curſu nullatenus impedirent. ⁊ ideo di
cit Areſto. li. iij. q̄ pedes leporis ſūt ſub/
tus piloſi. qđ in alijs animalibus rarius
inuenitur crura eius poſteriora ſunt an/
teriobus longiora. qđ fuit neceſſarium
ad facile corpus eius eleuandum in cur
ſu quādo fugeret cōtra montē vn̄ diffi/
cilius capitur cōtra montē q̄ cōtra val/
lem. ⁊ hoc accidit propter anteriorū cru
rium breuitatē. Nam propter depſſionē
anterioris ptis corporis cōtra vallem de
facili cadit. nec poteſt equaliter cōtinua
re curſum ſuū ⁊ ideo vt fugiēdo vitet ca
ſum. cū deſcendit oblique montis latera
circuit. ⁊ prout poteſt contra montis altī
tudinem crura anteriora erigit ⁊ ſepius
canibus inſequentib⁹ ſic illudens euadit
De leporib⁹ aūt dicit pli. li. viij. cap. lv.
Leporū inquit plura ſunt genera. naȝ in
alpib⁹ ſunt quidā. ⁊ in ſiluis habitāt quī
dam quātitatis maioris groſſioris pili
⁊ velocioris curſus q̄ ipſi qui cuniculi di
cuntur. Nam cuniculi lepores ſunt par/
ui et imbecilles qui vnguib⁹ terram con/
cauant ⁊ foueas ſubterraneas quas in/
habitēt ſibi formāt ⁊ ſunt fecūditatis ni

mie. ⁊ ſunt tot in quibuſdã ſiluis hiſpa/
nie ꝙ aliquãdo pre eoꝝ multitudine de
uaſtant meſſem ⁊ prouincie inducũt fa/
mem. quoꝝ fetus i balearicis inſulis ita
ſunt accepti. vt etiã ipſi fetus ſine matri
bus vix purgatis viſceribꝰ in eſum ab i
colis patrie aſſumãtur. Et ſequit ibidẽ
Archelaus autor eſt quot ſunt cauerne
ad excrementa lepori totidem annorum
ſunt etatis. Totidem eni ſunt illius ꝑ/
tis corporis foramina quot annorũ cur/
ricula habuiſſe phibentur. ⁊ ideo dicun
tur gignere ſine mare ⁊ habere vtrũqꝫ ſe
xum. et ideo multi putauerunt leporem
gigni ⁊ gignere ſine mare. vt dicit idem.
Sunt autẽ lepores animalia ita fecun/
da ꝙ vno fetu naſcente. ſtatim nouo fe/
tu altero vterus grauidatur vnde vtile
eſt animal quo ad eſum ⁊ quo ad veſtitũ
et quo ad multiplicem medicinã. Nam
eius coagulum valet cõtra venenum. re
ſtringit ventris fluxum. ſanguis eius mi
tigat dolorem oculoꝝ. vt dicit pli. ⁊ diaſ.
nec inuenitur coagulum in aliquo ani/
mali habente in vtraqꝫ mandibula den/
tes niſi in lepore. vt dicit Areſto. ⁊ quan
to eius coagulum eſt vetuſtius tanto me
lius. vt dicit pli.

## Capitulũ LXVII

De lince et eius proprietatibꝰ

Linx lincis eſt dictus quia in lu/
porum genere ⁊ numero numera
tur. Eſt autem beſtia ſimilis lu/
po dorſum habens maculis diſtinctum ſi
cut pardus. vrina eius cõuertitur in gẽ/
mam precioſam que ligurius appellatur
et hoc preſentit linx ſiue lincis. ⁊ hoc in/
uidens ac dolens ꝙ tranſire debeat in hu
manum vſum. vrinam egeſtam abſcon/
dit ſub humo. ſed ibi citius in lapidem
ſolidatur. vt dicit Plini' libro. viij. cap.
xxix. et Iſido. xij.

## Capitulũ LXVIII

De limace

Limax eſt vermis limi. ſic dictus
eo ꝙ in limo naſcatur vel ex limo
et ideo ſemper ſordidus ⁊ immũ
dus habet. vt dicit Iſid. li. xij. Et eſt ver
mis valde tardi motus. in dorſo ſemper
gerens concham duram. infra quã ſe in
cludit. ⁊ eſt vermis cornutus habẽs duo
additamenta ante os cum quibꝰ viam
querit. ⁊ quãdo aliquid aduerſi ſenſerit.
ſtatim cornua retrahit infra teſtam ⁊ in
fra domũ ſeſe reſumit. In corrupto aere
et ymbre maxime naſcũtur tales vermes
qui ſerpunt ꝗbus lento paſſu ad arborũ
ſummitates earum germina depaſcẽtes
vbicũqꝫ autẽ ſerpit poſt ſe imũdicie veſti
gium derelinquit.

## Capitulũ. LXIX

De lupo

Lupus vt dicit Iſido. quaſi leo/
pos eſt dictus. eo ꝙ ei quaſi leo/
ni virtus ſit in pedibus. vnde qꝺ
pede ꝑſſerit nõ viuit. rapax autem eſt be
ſtia ⁊ cruoris appetens. qui rabie rapaci
tatis quecũqꝫ inuenerit trucidat. ꝺ quo
dicunt ruſtici vocem hominẽ perdere ſi
euꝫ lupus prior viderit. ⁊ ideo ſubito ta
centi dicitur lupus eſt in fabula certe ſi
ſe preuiſum ſenſerit deponit audaciam feri
tatis. Lupi toto anno nõ ampli' ꝗ̃ꝫ duo/
decim diebus coeunt. famẽ diu portant.
et poſt longa ieiunia multum deuorant.
Lupos etiam nutrit ethiopia ceruice iu
batos. ⁊ ita varios vt nullũ colorem eis
deeſſe dicant. hucuſqꝫ Iſi. Pli. aũt libro
viij. c. xxij. idẽ ſentit. ⁊ dicit ꝙ lupi afri
cani ſunt inertes ⁊ pui. qui vo gignũtur
in frigidis regionibꝰ corpe fiunt mino/
res ⁊ magis aſperi ⁊ feroces. Areſto. li. ij.
dicit ꝙ in india eſt quidã lupus habens
tres ordines dentiũ ſupius. ⁊ inferi' ha/
bet pedẽ leonis ⁊ faciẽ hoĩs ⁊ caudã ſcor/
pionis. ⁊ vox eius ſicut vox hoĩs. terribi
lis eſt ſicut vox tube. ⁊ eſt velox ſicut cer/
uus. ⁊ eſt valde ſeu' comedẽs hoĩes. Itẽ
areſto. li. vi. Lupi tpe coitus ſunt ſeui. et
quando hñt catulos ſunt magis mali ſi/
cut ⁊ femĩe canũ. Itẽ li. vij. Lupi ſerra/
tos habent dentes. comedũt carnes ⁊ nõ
comedunt herbas niſi qñ infirmant. qꝛ
tunc comedũt aliquã propter medicinã
Nam qñ lupus ſentit ſe repletũ. querit
quandã herbã ⁊ comedit eam vt euomat
qꝺ comedit. Itẽ li. viij. qñ fugiũt ferũt fẽ

lios ſuos ſecū. ⁊ cū exeūt de cau ernis co
medūt origanū ⁊ maſticant vt acuāt dē
tes ſuos. Itē idem de eodē. Lupus quā
do comedit eſt valde malus. ⁊ quādo nō
habet famē quieſcit multū. ⁊ eſt valde au
dax ⁊ valde diligit ludere. ⁊ ſi pōt rapere
puerū ludit cū eo. ⁊ poſt occidit eum ⁊ co
medit. Et ſicut dicit homer⁹. Lupus eſt
valde vigil ⁊ multū timet ignē. ⁊ dr̄ ꝙ ſi
lapideſ ↄſiderabit primū iactantē. ⁊ ſi il
le lapis nocuerit ei. ſi poterit ipm̄ inter/
ficiet. ſi vero nō noceat ei. ſi deprehenderit
ipm̄ non multū ledet eū. ſed parū quaſi
iraſcēdo deinde eū dimittit. Et lupi quā
to ſunt ſeniores tāto deteriores ⁊ nocēt
hominib⁹. q2 nō pñt venari beſtias ꝓpter
etatē. ⁊ q2 eoꝝ culmi iam ſunt debilitati
et viuūt multo tp̄e. ⁊ eius ſenect⁹ appre/
hendit in dentib⁹. q2 ↄſtringunt in ſene/
ctute. Itē ibidē. Sunt aūt lupi duplicis
modi. quidā eni ſunt q̄ſi rotūdi ⁊ quidaꝫ
quaſi longi ⁊ illi ſunt aſperioris pili ⁊ au
dacioris animi ⁊ lupoꝝ interiora ſūt val
de debilia ⁊ de facili recipiunt corruptio
nem quādo vulnerant. Reſiduū vo cor/
poris coꝝ patit multas ꝑcuſſiones. ⁊ ha
bent magnā fortitudinē in collo ⁊ in ca/
pite. ⁊ vulnera que accidūt ex morſu eo/
rum ſunt valde mala. quoniā exit ex eis
virus. ⁊ curant iſta vulnera ſicut morſus
canis rabioſi. vt di. areſto. Itē idē li. viij.
Os lupi maxime eſt apture. ⁊ maximū
vigorē habet in orificio ſuo. ⁊ eſt aīal val/
de vorax. Item de lupo dicit auic. li. viij.
Sunt quidā lupi q̄ naturaliter hñt appe
titū comedēdi piſces. ⁊ comedūt vilia q̄
de ſuis retib⁹ eijciūt piſcatores. ⁊ q̄ſi non
inueniūt quid comedāt de piſcatoꝝ reli/
quijs. vadunt ad retia ⁊ dilaniāt ea. De
lupis autē dicit phiſiologus. Uirtus lu/
porum in pectore ⁊ in vnguib⁹ viget ac in
ore. in poſteriorib⁹ verō minime collum re/
troflectere nō valet. ⁊ in nullo menſe ni
ſi in maio quādo fiunt tonitrua. cuius
aſtutia eſt vt nō capiat ꝑdam iuxta lo/
ca vbi nutrit fetus ſuos ⁊ tūc tp̄is venat
a remotis. quādo aūt nocte ꝑde gratia
ꝑgit ad ouile ne canes ei⁹ ſentiāt odoreꝫ
vadit cōtra ventū. ⁊ ſi aliquo caſu pes ei⁹
calcādo ſuꝑ aliquid ſtrepitū fecerit ipm̄
pedem caſtigat duro morſu. oculi ei⁹ lu/
cent de nocte vt lucerne. ⁊ vt di. ſolinus.
multum amoris excitatiuū in cauda por
tat qd̄ dentib⁹ euellit quādo timet capi
lapides multū timet. vnde ſi quis duos
lapides ꝑiter colliſerit. lupus audaciam
ꝑdit. fugit ſi ſtrepitus lapidū ꝑuenerit
ad aures eius. filios generat cecos quos
tenerrime diligit atq3 nutrit. terram co
medit quādo multū eſurit ⁊ aliquā ꝑdaꝫ
non inuenit. Et capras volentes folia
carpe in rubetis facilius rapiat ſub her
bis ⁊ folijs latitans ſe abſcondit. pl⁹ aſtu
tia q̄3 potentia oues decipit ſed quando
ꝑualet ſi ꝑmittitur totum gregem ſtran
gulat ⁊ occidit. partem ꝑde quā deuora/
re non poteſt in terra ſepelit ⁊ abſcondit.
et quādo eſurit partem ſepultam extra/
hit ⁊ effodit. ⁊ lanam ouis quam occidit
inficit. ⁊ morſus eius ex lana tali veſtem
factam pediculoſam reddit. vt dicit Iſi.
Item idem dicit areſt. Ex tota ſpecie na/
tura luporū nature ouiū aduerſatur. vn/
de legi in li. ꝙ cordula facta de inteſtinis
lupi adiuncta cordis cithare factis de in
teſtinis ouinis eas deſtruit ⁊ corrumpit
ſicut pluma aquile adiuncta plumis co/
lūbe eas excoriat et corrodit ſi diu ꝑiter
in loco aliquo dimittantur. vt dicit idē
vide ſupra de aquila.

## Capitulum LXX

De mulo

Mulus a molendo eſt dictus eo ꝙ
iugo piſtorum ſubactus ducat ī
giro molas. vt dicit Iſido. li. xij.
Aſſerunt aūt iudei ꝙ ana abnepos eſau
greges equaruꝫ ab aſinis primo fecerit
aſcendi vt inde cōtra naturā muloꝝ pro
genies naſceret. vt dicit idem. ⁊ ideo ſe/
quens mulus matris naturā aſino ē ma
ior. pulcrior ⁊ velocior. ſed equo pigrior
deformior atq3 minor. Unde naſcitur ex
equa ⁊ aſino mulus. ex equo vero ⁊ aſina
burdo procreatur. Et eſt mulus animal
ſterile ⁊ tamen eximiū ad labores. vt di
cit pli. libro. viij. ca. xliij. Nunq3 autem
hec animalia. ſ. aſinus ⁊ equa mutuo ap/
petunt cō iugia niſi etiā in infantia lacte
mutuo nutriant. ⁊ ideo paſtores pullos

equor ſubijciūt aſinabꝫ et aſinor pullos
ſubijciūt equabꝫ quādo volūt tales crea
turas ex diſparibꝫ ꝓcreari. vt dicit idem
Item idem. Mule calcitratꝰ potu vini
inhibet. Ex onagris aūt ⁊ equabꝫ naſcū/
tur veloces mule pedes habentes duros
et aptos ad curſum. ſunt aūt rugoſi corpo
re ⁊ indomito animo ſed generoſo. ꝙ aūt
ſunt geniti ex onagro ⁊ aſina omnes pre
cellūt. De mulo etiā dicit areſto. li. vij.
quanto mulus plus potat de aqua tanto
plus proficit eius cibꝫ. Itē li. xiiij. mulꝰ
non habet fel manifeſte ſup epar. Item
idem li. xv. Mulus quia naſcit ex aqua
et aſino non cōuenit generationi. quo/
niam natura vtriuſqꝫ aſini ⁊ eque eſt fri
gida. vnde frigiditas generantis dn̄at
generato. ⁊ ideo mulus eſt ſterilis nec eiꝰ
ſpermate aliquid generat ꝓpter exceſſum
frigiditatis in ipſo dominātis. Item ibi
dem. ⁊ accidit ꝙ corpora mularū ſunt ma
gna quoniā ſupfluitas menſtruoſa tran
ſit in creationē ⁊ cibum corporis. San/
guis autem quo natura nō indiget exit
cum ſupfluitate veſice. i. cum vrina. et p/
pter hoc non olfaciūt muli vrinas mula
rum ſicut alie beſtie habentes ſoleas. re/
ſiduū vero ſupfluitatis tranſit in cremē/
tum corporis ⁊ in eius magnitudinē. Nō
impgnatur ergo mula niſi forte valde ra
ro. mulus autē quia ratione ſexus cali/
dior eſt in aliquibꝫ temporibꝫ ⁊ regioni/
bus forſan generat. ſed generatū erit ex
traneum ⁊ occaſionatū ſicut quod gene/
ratur ex equo ⁊ aſina. ⁊ dignum eſt om/
ne tale eſſe ſterile quia generatur cōtra
naturam. hucuſqꝫ Areſto. li. xvi. ſm yſa.
in diet. carnes muli ſunt peiores ꝙ̄ car/
nes aſini ⁊ ad nutriendum ⁊ ad digeren
dum. cuiꝰ fimus tritus ⁊ combuſtus re/
ſtringit ſanguinē ſi cum aceto fuerit tpa
tus. vt dicit dyaſ. Valet etiam idem fi
mus cōtra ictus ſcorpionū.

## Capitulū. LXXI.

De mure

Mus ſm Iſido. eſt animal puſillū
ab humo dictum. eo ꝙ ab humo
re terre naſcatur. Nam mus ter
ra dicit. vnde ⁊ humus. Huiꝰ in plenilu
nio iecur creſcit. ſicut ⁊ quedam marina
tunc augent. que rurſus decreſcēte luna
diminuunt. dicunt aūt mures ſorices eo
ꝙ ad modū ſerre rodāt ⁊ pſcindāt. hucuſ
qꝫ Iſi. li. xij. Mus autē ſm areſto. li. vij.
nō potat. et ſi potauerit moriet. Animal
quidē eſt guloſū. ⁊ ideo cū modica eſca
decipit quādo odore ad eiꝰ guſtū ꝓuocat
eius vrina fetida eſt ⁊ cōtagioſa ⁊ mor/
ſus venenoſus. cauda etiā eius dicit ve/
nenoſa. De muribꝫ etiā dicit pli. libro
xviij. ca. xxviij. Sunt quidā mures potē
tes qui ꝯgregāt pabulū in foueis ſuis et
etiā in hyeme abſcōdunt ⁊ latitāt in ca/
uernis. quor palatum in guſtu ſagaciſſi
mū eſt. ſimiliter nares ſagaciſſimos ha/
bent in olfactu. In autūno maſculꝰ ⁊ fe/
mina ſpicas cōgregant ⁊ mutuo ſe one/
rant ſup ventrē. per caudā maſculꝰ femi/
nam ſic onuſtā ad ſpecum trahit. qua ex
onerata ⁊ faſciculo in cauerna collocato
iterū redeūt ad laborē ⁊ cōgregato faſci/
culo maſculus ſup dorſum ſe ponit. quā
femina viceuerſa onerat ⁊ caudam eius
ore comphendens maſculum ꝑtrahit ad
cauernā. et ſic onera deferūt alternatis
vicibus. Item vt dicit idē. Murium di/
uerſe ſunt ſpecies. Nam quidā muriū vi
uunt in domibꝫ. quidam in campeſtribꝫ.
quidam in aquarū ⁊ fluuior extremita/
tibus cōmorātur. quidā annū in dormiē
do dimidiāt. quia p dimidium annū dor
miunt ⁊ p dimidium vigilant vt glires
qui ſunt ſm Pli. quidā mures. Et ꝙ̄uis
mures ſunt beſtie valde nocibiles in plu
ribus tamē vtiles ſunt in medicina. nā
vt dicit Pli. li. xxix. c. xviij. Muriū cinis
cū melle ⁊ oleo auribꝫ inſtillatus eas ſe
dat dolorē. et ſi qd̄ animal aures ſubin/
trauerit pcipuū remediū eſt fel muriū
cum aceto tepido tempatū auribꝫ inſtil
lare. Fimus eius ſm diaſco. cū aceto tri/
tus mūdat allopicias ⁊ cuſtodit caput a
caſu capillor. tritus etiā ⁊ cū vino in po/
tu ſumptus miro modo ventrem ſoluit.
pellis eius recens calcaneo ſubducta eiꝰ
vulnera ad ſanitatē pducit.

## Capitulū. LXXII.

De muſtela

Muſtela quaſi mus longus eſt di
cta vt dicit Iſido. li. xij. nam te/
lon grece longū latine. Hec inge
nio eſt ſubdola. in domibꝫ .n. nutrit catu
los. eos transfert de loco ad locum. ſedē
mutat ne eius nidus ab aliquo deꝑhen/
datur. pſequit̃ ſerpentes ⁊ fugat. mures
odit ⁊ eos mãducat. Et ſunt duo genera
muſtelarū. aliud enī eſt ſilueſtre diſtans
ab alijs magnitudine. quã greci locidas
vocant. alterū in domibꝫ errãs. Falſa au
tem eſt illoꝝ opinio qui dicūt eã ore cō/
cipere ⁊ aure partum effundere. hucuſqꝫ
Iſido. li. xij. Paſſeribꝫ ⁊ alijs paruis aui
bus inſidiatur ⁊ eoꝝ oua tranſglutit. fi
lios ſuos caſu aliquo ī latibulo leſos vel
mortuos quadã herba ſanat. imo vt di/
citur ſuſcitat vt dicit pli. Rutam come/
dit ⁊ eius ſucco ſe plinit. ⁊ tūc baſiliſcū
inuadit intrepida ⁊ occidit vt dicit pli.
li. viij. ca. xxij. vbi dicit̃ muſtelarū virtuſ
baſiliſcis exitio eſt. nihil enī deo nature
placuit eſſe ſine pari. cauernam baſiliſci
facile cognoſcit quã ſubintrans ipſū in
terimit. animal eſt multū dormiēs ⁊ per
ſomnum impinguat̃ ſicut glires vt dicit
idem. Itē idem li. xxix. ca. i. muſtelarum
inquit duo ſunt genera. ſcꝫ domeſtica et
ſilueſtria. ⁊ vtriuſqꝫ fel valet cōtra aſpi/
des. nam earū pudenda multū fetent et
ſerpentibꝫ fetidis cōtrariãtur. earū etiã
carnes dicim᷒ valere cōtra venenū. Mu
ſtela combuſta ⁊ in cinerē redacta adhi
betur ſalubriter medicine que eſt conue
niens cōtra letargicã paſſionē. vñ ſi ex ve
neno aſpidis aliquis incurrit letargiam
cinis muſtele inundanti aqua diſtempa
tus vim ſomniferam diſſoluit vt dicit
idem. Dicit̃ etiã ibidem puluis valere
contra fiſtulã. nihil enī illa rerū oīm ma
ter. ſ. natura ſine ī gentibꝫ cauſis genuit
vt dicit ibidem. Dicit aūt areſto. li. viij
ꝙ muſtela pugnat cōtra ſerpentes. quia
vterqꝫ mures comedit. Et eſt aīal velo/
cis motus ⁊ flexibilis corporis ac valde
mobilis ⁊ inſtabilis. odore ſagax. dorſū
habens ruleum ⁊ ventrem albū. Mutat
autē colorē. nã in aliquibꝫ regionibꝫ ali/
quo tpe anni tota pellis eius fit cãdida
pter caudã. morſus eius malicioſus eſt ⁊
virulētus. ⁊ eius vrina eſt fetida ad mo/
dum vrine muris.

## Capitulū. LXXIII

De migali

Migale eſt modicū animal ad mo/
dum muſtele. guloſum rapax et
doloſum. nam cum dolo rapit qđ
poſtea ventri cōmittit vt dicit gloſa ſu/
per leuit. xi. manſuetum ſe fingit cum ei
aliquis appropinquat ex timore. ſed ſta/
tim mordet ⁊ venenum infundit. Dici/
tur ibidem. De migali dicit Areſto. ꝙ
equos et mulos infeſtat. et eque pre/
gnanti maxime inſidiatur. pugnat con/
tra ſerpentes ⁊ tunc ſe armat ruta vt di
cit idem.

## Capitu. LXXIIII.

De murilego

Murilegus idem eſt qđ muſio ſi/
ue cattus. ſic dictus eo ꝙ muri/
bus ſit infeſtus. Hunc vulg᷒ cat
tum a captura vocat. vel ideo ſic dicitur
ꝙ catat id eſt videt. nam ita peracute vi
det vt fulgore luminis noctis tenebras
ſuperet. vnde a greco venit catus id eſt
ingenioſus vt dicit Iſidor᷒ libro. xij. Eſt
animal non determinati pili et coloris.
nunc eſt album nunc nigrum nunc flauū
nunc varium nūc etiam maculoſum. in
pedibus ⁊ in facie et in auribus leopar/
do ſimilimū. orificium habens magnum
dentes habens ſerratos ⁊ acutos. et lin/
guam longam. ⁊ flexibilem tenuē ⁊ ſub/
tilem. cum qua bibendo lambit ſicut et
alia animalia que habent labium infer
us ſuperiori labro inequale. Talia enim
animalia propter labiorum inequalita
tem potum nō hauriunt ſed lambunt vt
dicit areſto. ⁊ etiam plini᷒. Eſt autē ani
mal in iuuentute valde laſciuū ⁊ agile ⁊
iocūdum. impetum faciens ad omne qđ
coram ſe mouetur. ludit cum calamo an/
te ſe protracto. In ſenectute autem eſt
animal ponderoſum et multum ſomno/
lentum. cautiſſime inſidiatur muribus.
et eos plus odore qꝫ viſu preſentiens in
uadit in abſcōdito ac venatur. capto mu
re cū eo ludit ſed finito ludo ab ipo deuo

ratur. tempore coitus quaſi ſilueſtris ef/
ficitur ⁊ euagatur. Inter catos amoris
tempore grauis pugna pro vxoribus cō/
mittitur. ⁊ vnus ab alio morſibꝫ ⁊ vngui
bus grauiſſime laceratur. ⁊ tunc vox hor
renda emittit᷑ quando ad pugnā mutuā
vnus ab alio prouocat᷑. Beſtia fit ſeuiſſi/
ma quādo ſilueſtris efficit᷑ ⁊ in nemori/
bus cōmoratur. Minores feras vt cuni
culos ⁊ lepores tunc venatur. quando ca
dit ab alto pedibꝫ excipit᷑ ⁊ vix ꝑ caſum
aliquē leditur quādo deorſum ꝓcipitat᷑
fimus quē egerit valde fetet. et ideo ſub
terra abſcondit ⁊ pedibꝫ occultat. quādo
pulcram habet pellem quaſi de ipſa glori/
ans vagus efficitur. ſed quando pellis ei
exuritur tunc intra tecta cōmoratur. ſe/
pe enim pro pellis pulcritudine capitur
a pellifice a quo decoriatur.

## Capitulū. LXXV

¶ De nocticula

Noctiluca ē modica beſtiola mul
tipes ⁊ alata. ⁊ ideo quādoqꝫ int᷑
volatilia computatur. In tene/
bris lucet vt candela ⁊ maxime circa po
ſteriora. in luce autē plena deformis eſt
et obſcura. manus inficit tangentis. ⁊ qꝫ
uis lateat in tenebris. tamē lucifuga ē.
odit eni lucem ⁊ ſolūmodo de nocte am/
bulat. ⁊ onige al's muſce contrariat᷑ que
eſt lucipeta. vt dicit Areſt. li. xij. ca. de mi
nutis volatilibus.

## Capitu. LXXVI.

¶ De onagro

Onager vt dicit Iſido. aſinus fe
rus interpretatur. hos africa habet
magnos ⁊ indomitos in deſertis
vagantes. ſinguli autē ꝑfeminarū gregi/
bus preſunt naſcentibꝫ maſculis zelant
maſculi ⁊ teſticulos eorum morſu detrū/
cant. quod cauentes matres in locis ſe/
cretis eos abſcondunt. Et vt dicit Pli.
libro. viij. ex onagris ⁊ aſinis domeſticis
velociſſimi aſini generātur. Animal au/
tem eſt liberum indomitum ⁊ laſciuum.
frequētare montes ⁊ nemora cōſuetum
et cum ſit animal ex ſe imbelle ⁊ innocu/
um. ſolius fuge beneficio leonem ſuperat
in heremo atqꝫ lupum. eſt animal valde
patiens ſitis diu expectans quouſqꝫ po/
tum inueniat ſibi aptum. De quo dicit
phiſiologus ꝙ. xxv. die marcij duodeci
es in die ⁊ totiens in nocte rugit. per cu
ius rugitum equinoctiū apud afros di/
ſcernitur. ⁊ dicit ꝙ totiens ſemper rugit
de die quot dies habet horas. ſimiliter ⁊
de nocte. vnde ⁊ ſiluani in montibꝫ afri/
ce ab onagris in quibꝫ abundant per nu/
merum rugitus eoꝝ numerū horarū die/
rum ⁊ noctiū computant ⁊ diuerſificant
ſagax ⁊ viuidus eſt in olfactu. vnde quā/
do amore feruet ⁊ neſcit vbi eius femina
euagatur. rupem aſcendit ⁊ patulis nari
bus ventum attrahit per cuius flatū vbi
ſit eius femina diiudicat ⁊ diſcernit. in
montibus altis ⁊ paſcuoſis herbas virē/
tes quas multū diligit cum diligentia
querere cōſueuit. quas cū inuenerit pre
gaudio ſtatim rudit. et vbi ꝓſenſerit be/
ſtiam vel hominem ipſum venari cupien
tem. quādiu inuenit gramina virentia a
paſcuis non recedit. hominum frequen/
tiam valde odit atqꝫ fugit. ſolitudines ⁊
deſerta multum diligit.

## Capi. LXXVII.

¶ De onocentauro

Onocentaurus ſm glo. ſuper Iſa.
xxxiiij. eſt animal monſtruoſum
ex tauro ⁊ aſina ꝓcreatū. Onos
enim in greco dicitur aſinus latine. vn/
de eſt animal laſciuum ad modum aſini
ceruicoſum ad modum tauri. Sed alio
modo ſentit phiſiologus. qui dicit ono/
centaurum eſſe compoſitum ex humana
effigie et aſinina. nam ab vmbilico ⁊ ſur
ſum figuram habet hominis. ⁊ ab eodem
inferius formā obtinet animalis. Huic
rationi videtur concordare Plinius li/
bro. viij. cap. iij. Ludibria inquit mira/
bilia nobis fecit ingenioſa natura ad de
tegendum eius potentiam ſatis in pro/
digioſas poſuiſſe gentes. Et ponit in eo/
dem cap. exemplum de multis monſtris
et prodigioſis beſtijs quas india gignit.
ſicut de faunis et ſatiris et de onocen/
tauris et de ypocentauris et huiuſmo/
di. quas dicit eſſe beſtias humanā effigi

em mentientes. Et alij dicunt centau/ros fuiſſe equites theſſalorum qui pro eo ꝙ in eis diſcurrebant. quidam vnũ cor/pus equorum ⁊ hominũ iudicabant. vn/de centauros fuiſſe fictos aſſerunt vt di/cit idẽ libro. xi. vbi dicit de portentis. Di/citur enim centaurus grece homo latine vnde centaurus dicitur homo. et a cen/tauro ꝑ additionẽ dicit̃ onocentaurus. qui ſic dictus eſt eo ꝙ in media hominis ſpecie ⁊ in media aſini dicatur eſſe. ſicut ypocentaurus dicitur monſtrum in quo hominũ equorũq; natura eſſe cõiuncta putatur. vt dicit Iſi. ibidem.

## Capitu. LXXVIII

De orice

Orix vt dicit glo. ſuper ca. li. Iſa. eſt animal immundũ nec ſacrifi/ciis aptum. Septuaginta autem interptes tranſtulerũt quaſi beta ſemi/cocta ceteri interptes omnes ſicut orix illaqueat᷑ tranſtulerũt. qui hebraice dici/tur tho. Et inter animalia immũda in le/ge reputat̃. Eſt aũt beſtia ſicut mus agꝛ̃ti/cus. vel ſicut glires qui ſunt mures qui/dam ſic dicti eo ꝙ ſomn᷑ efficit eos pin/gues. hyeme vero tota dormiũt. ⁊ imobi/les quaſi mortui fiũt. in eſtate reuiuiſcũt. Unde orix eſt animal qđ hmõi muribus aſſimilat̃. Et hoc videt̃ tangere lr̃a yſa. ⁊ cõcordat cũ plinio. qui dixit ſic. Oricem vocat egiptus ferã que in ortu canicule viij. kl̃. iunij. quãdo incipit eſtas ſtat cõ/tra ſtellã ⁊ cõtuet̃ contra eam ac ſi vellet adorare eam. et hoc facit cũ ſternuerit. i. cum poſt longã dormitionẽ euigilauerit. Et declinat̃ hic orix hui᷑ cis. ſm hoc dici/tur ſorex cis. ⁊ onix nicis. ⁊ hmõi. Scdm iuuenalem vero orix eſt quedã auis pin/guiſſima ita ꝙ ſua pinguedĩe delectat cul/tellũ. vt dicit idem. li. iij. vbi dicit Secu/lus orix delectiſſima ferro ⁊c. ſupra quem locũ dicunt expoſitores ꝙ eſt auis ſimi/lis galline africane vel ipſa gallina. Se/cundũ britonẽ aũt dicitur orix gis. ſm il/lam regulã grecaſmi. Nomen in. x. donat in cis. vel in gis. vt fex fecis. lex legis. ge/nitiuum. Quatuor exceptis nox nix ſe/nex q; ſupellex. Unde dicitur ꝙ orix eſt idem animal quod in lege mundũ repu/tatur. quo ad eſum deut. xiiij. vbi dicitur Comedetis origem ⁊ camelopardulum immundum tamen reputabatur quo ad ſacrificiũ. Pli. autẽ li. viij. c. iij. de anima/libus ſomniferis dicit. Capree inquit i pluri̅mas ſimilitudines transfiguratur. nam inter eas ſunt ilices mirãde ꝑnita/tis. qui ſupra cornua vaſta ⁊ magna qui/bus earũ capita onerant̃. ſaliendo de ru/pibus ſe excipiũt. Sunt ⁊ origes quorũ villi cõtra naturã alioꝝ aĩaliũ vertunt̃ ver/ſus caput. Sunt ⁊ dame ⁊ pigraſti ⁊ mul/ta alia aĩalia his ſimilia que alpes tranſ/mittũt ⁊ ſinus trãſmarini. Unde ſm hoc orix origis eſt ſpẽs capre ſilueſtris. ⁊ ſm iſtam ſignificationẽ vt puto nõ ſumit̃ in yſa. vbi loquit̃ de aĩalib; que ſomno dã/nabili ſopiunt̃ quia non bene cõueniret metaphore cũ omnis caprea ſm areſt. ſit animal valde vigil naturaliter. parũ ei dormit ⁊ de facili excitat̃. cũ ſit aĩal valde timidũ. Et ſic ꝓ alio aĩali ſupponit orix in deut. et ꝓ alio in ſimilitudine yſa. ſicut dicunt multi.

De oue

## Capitu. LXXIX

Ouis eſt molle pecus laniferum. corpore inerme. animo placidũ. ab oblatione dictũ eo ꝙ apud ve/teres in initio non tauri ſed oues offere/bantur in ſacrificio. vt dicit Iſido. libro xij. Ex his quidam bidentes vocant̃ eo ꝙ inter octo dentes duos altiores habẽt quas gentiles in ſacrificio maxime offe/rebant. vt ibidẽ dicit Iſido. Uel dicunt̃ bidentes ſm ſenectutẽ. quaſi biennes. i. duorum annorũ. quia talis erant etatis quãdo ad ſacrificiũ eligebant̃. Sed poti/us vocant̃ a duob; dentib; qui ꝓminent et cum quib; naſci dicunt̃. Hic bidens genitiuo hui᷑ bidentis dicit̃. vt dicit be/da. De ouib; dicit areſto. li. v. ꝙ pariãt vſq; ad octo annos. Et li. vij. Si impre/gnent̃ oues verſus ventũ ſeptẽtrionalẽ faciũt mares. ⁊ ſi i meridionali tũc femi/ne naſcent̃. ⁊ quales vene fuerunt ſub lin/gua ouis. talis coloris erit fetus. Que/re ſupra đ agnis ⁊ ariete. Et quãdo oues ſenes ad coitum mouentur in aliquo

tempore determinato. dicunt paſtores ꝙ
eſt ſignū bonitatis in eis. ⁊ ſi iuuenes ſic
mouētur. dicunt ꝙ eſt ſignū future peſtiſ
in ouibus in anno illo. Item areſto. li/
bro. viij. Oues impꝛegnant bibendo aquā
et propter hoc dant eis paſtores come/
dere ſal vt plus bibētes impꝛegnent ⁊ ma
gis cōſeruent. Dant etiā eis in autūno
cucurbitas paratas cū ſale ad multipli
cationē lactis. ⁊ tunc fluit plus lactis de
māmillis. ⁊ oues impinguant lenticula
cum ſale. ⁊ ſi oues p triduum abſtineant
a cibo ⁊ poſt accipiant cibum. multum im
pinguabuntur ⁊ in eſtate valet eis aqua
ſeptētrionalis frigida. ⁊ in autūno aqua
meridionalis tepida ⁊ iuuat eos paſtus
in fine diei ⁊ motus. per nimia enī itine
ra ⁊ per fortes labores macreſcunt. ⁊ pa/
ſtores cognoſcunt que poſſunt pati hye/
mem quoniā ſuper quaſdam inuenit gla
cies ⁊ ſuper quaſdam non. ⁊ que ex eis eſt
debilis a ſe nō excutit glaciē nec repellit.
Et carnes ouiū ſicut ⁊ aliorum quadru/
pedum que in loco multū aquoſo nutriū
tur ſunt male. ⁊ que caudā habent longā
minus patiūtur hyemē ꝙ̄ que amplam
Et que habēt pilos paucos ⁊ criſpos gra
uiorem hyemē patiūtur. Et lana ouium
quas comedit lupus inficitur. ⁊ pannus
inde factus recipit pediculos. Item ibi/
dem libro. viij. In ouibus plus abundat
priuatio intellectus ꝙ̄ in alijs animali/
bus quadrupedibus. Et nocet eis toni/
truus. et ſi remanſerit vna ſola et fuerit
impregnata abortiet pre timore forſan
Item dicit Pli. libro. viij. ca. xlvij. toni/
trua inquit ſolitarijs ouibus inferūt ab
ortiuum. Remedium eſt vt in vnū pari
ter congregent. Quere ſupra in lr̄a a. d
ariete et de agno.

## Capitulū. LXXX

De panthera

PAnthera vt dicit Iſido. libro. xij
ſic eſt dictus. ſiue quia oīm aīali
um eſt amicus excepto dracone
quem valde odit. ſiue quia ſocietate ge/
neris gaudet. ⁊ ad eandē ſimilitudinem
quicqͥd accipit reddit. Pan thera enī gre
ce totū dicitur latine. Eſt aūt beſtia mi/
nutis orbiculis ſup picta. ita vt ex macu
larum nigrarū ⁊ albarū ⁊ flauarū varie/
tate tota pellis oculata exterius videat.
vt dicit idē. Hec beſtia vt di. Iſi. ſemel
tantūmodo parturit. Cui⁹ ratio eſt aperta
nam cū ī vtero matris cōualuerint catu/
li ⁊ ad naſcendū iam recepint vires. odi
unt matres lacerantqꝫ vnguib⁹ matris
aluū tanqꝫ ſuo partui reſiſtētē. vnde ⁊ ma
ter partū dimittit dolore vteri cōpellen/
te. Et ideo dicit pli. aīalia cū acutis vn/
guib⁹ frequēter parere non poſſe. nā mo
uentib⁹ ſe catulis viciate intrinſec⁹ ſunt
matrices. hucuſqꝫ Iſi. li. xij. De panthe
ra dicit phiſiolog⁹. Panthera inqt odit
draconē ⁊ draco ipm fugit. cū aūt come/
derit ⁊ ſaturata fuerit ſe recōdit in ſpelū/
ca ⁊ dormit cōtinue fere tres dies. Poſt
triduū vero a ſomno ſurgens emittit vo
cem. ⁊ ab eius ore exit odor aromaticus
ſupra modū ſuauis. ꝓpter cui⁹ ſuauitatem
ipſum oīa animātia ſequūtur. Sol⁹ aūt
draco audiēs vocē eius. timore pterrit⁹
fugit in cauernā. nec ferēs odorem in ſe
metipſo deficit ⁊ torpeſcit. odorem ei ei⁹
reputāt p veneno. De pantheris aūt di
cit pli. li. viij. c. xviij. Panthera ſicut ⁊ ti/
gris maxima color macularuꝫ varietate
decorant. alia aīalia ꝓprio colore gaudēt
Sunt tamē leones nigri in ſiria q̇ pan/
theris in cādidis maculis ſunt ſiles. In
colore auteꝫ vario panthere ⁊ tigris oīa
aīalia quadrupedia ſolicitāt videre eos
ſed toruitate capitis terrent. ꝙ̄obrē ca/
put occultant ⁊ pulcritudine relique p/
tis corpis beſtias ad ſe inuitāt. ⁊ ſic inuī
tatas arripiūt ⁊ māducant. Et ꝙ̄uis ſit
beſtia valde ſeua tn̄ illis q̇ ſibi in aliquo
ſubueniūt nullaten⁹ eſt ingrata vt ibidē
exemplificat idem pli. de quodā qui libe/
rauit catulos panthere collapſos in q̄n
dam foueā quē panthera eduxit extra ſo
litudinē leta. ⁊ blandiens vt ſibi gratias
referre appareret.

## Capitulū LXXXI

De pardo

PArdus vt dicitur eſt beſtia velo/
ciſſima colore vario orbiculata.
ꝑceps ad ſanguinē. ⁊ ſaltu ruit in mortē

Et habet talem diſpoſitionem ſicut panthera. nec habet ab eo aliquā differentiā niſi ꝙ panthera habet maculas albiores ita dicit pli. li. viij. De pardo autē dicit areſto. li. viij. ꝙ quādo pardus infirmat' comedit humanū fimū gratia medicine et ideo venatores ſuſpendūt ſtercus ſup arborē ad qđ dū aſcendit a venatoribꝫ interficitur. Eſt autē aīal libidinoſum. et coit cū leena et cuius adulterio generat' leopardus. Quere ſupra de leena. Pardus raptis catulis eſt nimis ſeuus vt dicit glo. ſup oſee. xiij.

## Capitu. LXXXII.

De piloſis et eorū ꝓprietatibꝫ

Piloſi ſicut innuit glo. ſuper Iſa. xiij. monſtra ſunt ad ſimilitudinem hominum. Et dicitur ſilueſtres homines qui ⁊ ſatiri dicūtur. Iſid. autem libro. viij. ca. v. dicit. Piloſi ſunt qui grece panite. latine incubi appellantur. ſiue inui ab ineūdo dicti paſſim cū animalibꝫ. vnde incubi dicuntur ab incūbendo id eſt coeundo. Sepe enim improbi exiſtunt mulieribus ⁊ earū pagūt concubitus quos demones gallicucios appellant. quia ſepius hanc imundiciam pagunt. quem autem incubonem vocant hunc romani faunū ficariū vocant. Itē dicit papias. Piloſi a grecis panites. a latinis incubi vocantur. quorum forma ab humana effigie incipit. ſed beſtiali extremitate terminatur. Idem dicit glo. ſuper Iſa. xxxiiij. Sed idē dicit alia glo. ꝙ piloſus dicitur ſimea. eſt enim beſtia monſtruoſa. piloſa multum et villoſa. figurā humanā in multis repñtat. Quere infra de ſimea.

## Capitu. LXXXIII

De pigargo

Pigargus eſt animal mundū quo ad eſum. vt patet deut'. xiiij. Eſt animal cornutū et barbatū ſicut hircus. minus ceruo. maius hirco. vnde ſimilis eſt hirco ceruo ſed longe minus. Quere infra de tragelapho. Ruminat ſicut hircus. ⁊ fingit vngulam ſicut ceru' et eſt animal agreſte magne velocitatis nemora inhabitat et deſerta. Huguitio autem dicit ꝙ pigargus eſt auis parua et depſſa. vnde dicitur a pige qđ eſt depreſſio. Sed in deut'. ſuppomit pro animali quadrupede qđ eſt ſimile hirco ceruo vt ibi innuit glo. Nec aſpirat' ibi prima ſyllaba. vnde cum h. non debet ſcribi quidam ſcribunt philargum. ſed male vt patet in libris correctis.

## Capi. LXXXIIII.

De pigmeis

Pigmei ſunt homines pui ſtatura cubitali quos greci a cubito pigmeos vocant. Hi montana indie tenent. quibꝫ vicinus eſt ocean'. vt dicit papias. Sed dicit aug' ſic. Pigmei tantū ſemicubitales ſunt qui tercō anno perfecte ſunt etatis. ſeptimo ſeneſcunt. Dicuntur autem pugnare contra grues a quibus armati ferro aliquotiēs deuincuntur. De pigmeis autem dicit Pli. libro. vij. ca. ij. Pigmei ternos vt ferunt dodrantes non excedentes ſalubri celo ſemper vernante habitant in terra ꝑpata montibus oppoſitis ex partibꝫ aqlonis quos grues infeſtare fama ē. Qui inſidentes arietum ⁊ caprarum dorſis armati ſagittis verno tempore congregato agmine ad mare deſcendunt ⁊ oua ⁊ pullos gruū pro viribus deſtruūt ⁊ cōſumūt Et hanc expeditionem faciunt tribꝫ mēſibus quod ſi nō facerent futuris auium gregibus reſiſtere nō valerent. De pennis autem earum ⁊ ouorum putaminibus ſibi caſas faciunt. vt dicit idem. Et ſubdit. Areſto. autem in cauernis viuere pigmeos tradit.

## Capitu. LXXXV

De porco

Porcus vt dicit Iſido. li. xij. quaſi ſpurcus dicitur. Ingurgitat eñ ſe ceno ⁊ luto imergit. limo ſe illinit. ⁊ in locis fetidis requieſcit. Unde ⁊ oratius ⁊ amica lutoſus. hinc ⁊ ſpurcus vilis ⁊ ſpurius nūcupatur. Cui' pilos ſetas dicimus cum quibus ſutores ꝯſuūt ſotulares. vt dicit idem. Sunt aūt porci quidam domeſtici. alij ſilueſtres. Ia/

ſculi autem inter domitos, dicuntur ver
res eo ꝙ grandes habeant vires. Fe/
mine aũt dicũtur ſues quaſi paſcua ſubi
gentes. i. ſubacta terra cibaria exquirẽ/
tes. Jnt. ſilueſtres maſculi dicuntur a/
pri. i. feri vt di. Jſi. De porcis aũt dicit
Pli. li. vi. ca. li. Porci naſcuntur dentati
vt tradit Figidius. mares nõ vltra tri
matum generant. porcus amiſſo oculo ci
to extinguit. vſ ad. xv. an. vel. xx. viuere
poteſt. multis infirmitatibus ſubiacent
porci. et qñ infirmantur obliquũ tenent
caput. Volutati in luto pluſ iacent in la
tere dextro ꝙ leuo. Pigueſcunt. xl. die/
bus ſed magis in principio ſaginatiõis
ꝑ triduũ inediã patiũtur. mutuo ſe di
ligunt ⁊ mutuam vocem noſcunt. vnde
vno clamante omnes accurrunt et ipm̃
ꝓ viribus iuuare ſatagunt ⁊ contendũt.
Domeſtici ꝓpria hoſpicia domoſ pete
re diſcunt ⁊ ad eas etiam ſine duce redi
re de veſpe conſueuerunt. vt dicit idem.
Fundo ⁊ iacendo grunniũt. ⁊ dum dormi
unt maxime ſi fuerint pingues. Sũt au
tem porci fortioris ſomni in maio ꝙ in a
lio tempore anni. et hoc accidit eis ex fu
mis ꝑ calorem vernalem reſolutis ab hu
moribus in hyeme in ipoꝝ corpibus ag
gregatis. et ideo tunc ſuauius dormiũt
et diuti⁹ ꝓpter reſolutos mulcebres fu/
mos. ipoꝝ cerebrum tunc tempis ſuaui
ter oppilantes. Jn eſtate vero ⁊ ſi multa
fit humoꝝ reſolutio. fortis tamen fit eo/
rundem conſumptio et deſiccatio ꝓpt̃ ex
ceſſum eſtiualis caloris. et non fit tanta
humoꝝ generatio qui ſunt cauſa ſomni
ꝓpter qđ non tantum dormiunt in eſtate
ꝙtum in vere. vt dicit Auicen. Jn au/
tumno autem et in hyeme ſunt humo/
res cõpacti ex frigiditate aeris eos foriſ/
ſecus cõſtringente. ⁊ ideo pauci fumi tũc
tempis reſoluunt ꝓpter exceſſum frigo/
ris humoreſ in corpe compingẽtis vt di
cit idem. Areſt. aũt di. de porco libro. ij.
Porcus nõ eijcit dentes oĩno. et ẽ maſcu
lus pluriũ dentiũ ꝙ ſit femina. Jt̃ Are.
li. iij. Porcus ſaltat poſt octauũ menſem
et femina parit poſt annũ. et qđ generat
ex ſpermate maris ante vnũ annũ eſt de/
bile valde ⁊c. Item idem. Porcus habꝫ
conſuetudinem ꝙ ſi coierit prius cũ ali
qua tunc ſui filij ſunt pauciores ex ſecũ/
da et minoris corpis. Et qñ porca virgo
prius fuerit impꝛgnata pariet filios mi/
nores. Porca ſi fuerit multum pinguis
erit eius lac paucũ poſt eius ꝑtum. ⁊ me
liores ſunt filij qui naſcũtur in hyeme ⁊
peiores qui in eſtate. Et meliores ſunt
filij qui generant in iuuentute ꝙ q ge/
nerantur in ſenectute. Porcus autem cũ
impinguat poteſt coire in omni tpe no/
cte ⁊ die ⁊ magis in mane. Item lib. vi.
cũ parit porca primo filio primã dat mã
millam. qñ autem appetit coitum nõ di
mittit marem ſaltare ſup eam quouſ
declinent auricule. Et multũ eſt ordeum
bon⁹ cibus porcis qñ debent generare ma
xime decoctum. Item li. vi. Porcis acci
dit triplex infirmitas. Una que dr̃ brã/
cos. et eſt apoſtema in auricula ⁊ in mã/
dibula ⁊ ſepe in pedibus. et caro que ẽ in
illo loco corrumpit. et tranſit paulatim
corruptio ad carnem vicinam donec ve
niat ad pulmonem. et tũc ſuffocat ſpiri
tum ⁊ expirat. augmentat hec infirmitas
ſubito. vñ et paſtores porcoꝝ qñ primo ꝯ
gnoſcũt infirmitatẽ ꝑſcindũt membꝛũ
in quo eſt infirmitas. nõ eñi curari pñt
ſine inciſura. Alia accidit ei infirmitas
que dicit dolor ⁊ ponderoſitas capitis et
ex ipo moritur maxima ps porcoꝝ. Alia
infirmitas eſt flux⁹ ventris et hec vix ha
bet remediũ qm̃ interficit in tribus die/
bus. Et qñ porci ſunt groſſi tũc iuuat eos
comedere mora. et iuuat eos balneũ qñ
aqua eius fuerit multũ calida et minuũ
tur vene ſub lingua eius. Item cibus di
uerſus impinguat porcos et quidam ci/
bi inflant. ⁊ quidam generant carnem. ⁊
quidam pinguedinem. Et tam porci ꝙ
porce delectant comedere glandes. quia
eoꝝ tempant carnes. tamen ſi porce co/
mederint multũ de eis abortiẽt ſic oues.
Multa alia refert de eis Areſt. quere de
apro ⁊ infra de ſue.

## Capitu. LXXXVI

De pediculo

PEdiculus cutis eſt vermis a pedi
bus ſic vocatus. vt di. Jſi. li. xij.

Plus enim pedum motu q̃ꝫ morſu ledit
cutem. Ex humidis et corruptis vapori
bus intercutaneis p̄ poros reſudantibꝰ
generaꝛ. vt di. Conſtan. in viaꝛ. Sepe
inquit pediculi ⁊ lendes naſcūtur in ca
pite vel in cute ex purgationibus quas
natura eijciens facit cōſumere inter cu/
tem et carnem. ſup̄ quem locum dicit ex
poſitor. Quidaꝫ pediculi ex humore ſan
guineo generanꝛ et ſunt rubei ⁊ groſſi. q̄
dam ex fleumatico ⁊ molles ſunt et albi
quidam ex colerico et ſunt citrini longi
veloces ⁊ acuti. quidam ex melancolico.
⁊ ſunt illi cinerei coloris. i. ſubnigri ⁊ ma
cilenti et motus tardi. Ubi autem eſt ni
mia pediculoꝝ multitudo in corpe mſtū
plectorico et corrupto ſignū ſolet eē cor
ruptionis generalis. vt morphee ſiue le
pre vt dicit idem. Cōtra pediculoꝝ autē
moleſtiam valet capitis frequens ablu
tio. pectinatio. ⁊ medicinalis mundifica
tio. Nam vt dicit Conſtan. Argentūui
uum cū cinere ſalicis eos necat. et preci
pue ſi ex calido humore generanꝛ. Ideꝫ
facit litargicū. i. plumbū vſtum cū oleo ⁊
aceto. Si vo generanꝛ ex humore frigi
do valet ſtaphiſagria auripigmentū cū
oleo ⁊ aceto. ſimiliter aqua marina ⁊ ſal/
uiatica cum aceto. Scd̄m autem diffe/
rentes naturas aīalium ſunt in eis diffe
rentie pediculoꝝ. vtꝫ in porco. cuius pedi
culus dicitꝛ vſia ſic dictus qꝛ vrit. nā vbi
mordet adeo locus ardet vt ibi veſice fi/
ant. vt di. idem Iſi. li. xij. Quilibet aūt
pediculus tanto acrius mordet et ledit
q̄to plus macreſcit.

## Capit. LXXXVII

De pulice

Pulex vermis eſt modicus moleſ/
tus hoibus maxime ⁊ infeſtus.
a puluere dictus eo q̄ a puluere
potiſſime nutriatꝛ vt di. Iſi. li. xij. Eſt āt
vermiculus mire leuitatis. non curſu: ſꝫ
veloci ſaltu picula effugiens et euadens.
Tempe frigido pigreſcit vel deficit eſti
uo tempe inſoleſcit. Quāuis aūt non
ſit de animantibus que pcedunt p̄ māi/
feſtam ſexus cōmixtiōeꝫ. multiplicat ta
men ſuam ſpeciem p̄ ouatiōem. qꝛ oua q̄
dam in ſe gignit ex quoꝝ emiſſione vni/
cus pulex multos pducit. vnde pulex al
bus quidem naſcitur ſed quaſi ſubito in
nigredinem cōmutatur. Sanguineꝫ ap/
petit et carnem cui inſidet terebrat et p̄/
fodit. liquidiorem parteꝫ intercutanei
humoris ſugit et in parte corpis cui inſi
det ſugendo ſanguinem rubicundum ve
ſtigium derelinquit. dormire volentes a/
cri morſu impetit. nec etiam regibꝰ ſi eo/
rum carnes paruus pulex tetigerit quin
eos moleſtet parcere conſueuit. Eis ſiq̄
dem abſinthium eſt venenum. ſimiliter ⁊
folia pſicoꝝ vt dicit Conſtan. Coloqui/
tida valet contra pulices ſi trita ⁊ mixta
fuerit cum aqua p̄ loca vbi abundāt pu
liceſ aſpergatur. ſimiliter folia abſinthij
qꝛ vt dicitur eoꝝ odore et ſapore moriū/
tur. Propter ſaltus velocitatem de faci
li non capiūtur. In calore cōtra tempꝰ
pluuioſum acrius mordet pulex.

## Capit. LXXXIII

De rinoceronte

Rinoceron grece latine cornu in
nare interp̄tatur. Idem eſt mo/
noceron. i. vnicornuſ beſtie ſeuiſ
ſima appellata eo q̄ vnum cornu in me/
dia fronte habeat quattuor pedum. ita a
cutum et validum vt quicquid impetie/
rit aut ventilet aut pforet. vt dicit Iſi:
li. xij. Nam cum elephante ſepe certamē
habet vulneratum in ventre proſternit.
Tante autem eſt fortitudinis vt nulla
venantium virtute capiatur. ſed ſic aſſe
runt qui de naturis rerum ſcripſerūt. vir
go puella pponitur que venienti ſinuꝫ a/
perit in quo ille omni ferocitate depoſita
caput ponit ſicq̄ ſoporatus velut inermis
capitur ⁊ interimitur iaculis venatoris
Huiuſcq̄ Iſido. li. xij. Greg. ſuper Iob
addit in moralibus ad iam dicta. Rino
ceron inquit fera eſt nature omnino ido/
mite. et ſi quomodo capta fuerit teneri
nullatenus poſſit impatiens. quia vt di/
citur ilico moritur. De rinoceronte dicit
Plinius li. viij. cap. xxi. Rinoceros ī na/
re habenſ cornu. i. in media fronte ſupra
nares. hoſtis eſt elephantis vnū ſuū cor/
nu limat ad ſaxa et acuit et ſic ſe pparat

pugne.et in dimicatione aluum impe-
tit elephantis quam ſcit ptem corporis
eſſe molliorem. Longitudo par ineſt ei
vt equo.ſed crura multum breuiora. Co
lor eius buxeus, et ſicut innuit idem li.
viij.ca.xxij.huius fere multe ſunt ſpẽs.
ſcȝ rinoceron monoceron egloceron. Eſt
autem monoceron vt dicit idem fera aſ
perrima ſimilis equo in corpe ꝛ ceruo in
capite.pedibus elephanti.cauda apro.
Mugitum emittit grauem.vnum; cor-
nu magnum emitteus in media frõte ha
bet duoꝝ cubitoꝝ. Hanc feram viuaȝ ne
gant capi. Egloceron ſpecies dicitur eſſe
vnicornis.et dicit latine capricornus ꝛ
ab egla qđ eſt capra et ceros qđ eſt cor-
nu animal eſt puſillũ ſimile hedo acerri-
mum nimis.in media fronte vnũ gerẽs
cornu. Item dicit Pli.ibidem ꝙ in in-
dia ſunt vnicornes boues habentes can
didas maculas ꝛ ſolidas vngulas ſicut
equi. Sunt et aſini quidem indici vni-
cornes vt dicit Areſto. Auicen.et Pli.
qui ſi dicti ſunt.eo ꝙ vnum in fronte ha
bent cornu inter aures. Reſiduũ aũt cor
poris ipoꝝ ſimile eſt corpori onagroꝝ ſil-
ueſtrium aſinoꝝ. Sed talis monoce ros
eſt minoris audacie et feritatis ꝗ̃ ſint
alij vnicornes. Et dicitur monoceros a
monos qđ eſt vnum et ceros qđ eſt cor
nu quaſi in capite geſtans cornu vnum.
Et declinatur hic rinoceron tis.ti.ꝛc.ſi-
militer declinatur monoceron tis.ti.in
uenitur autem rinoceros ꝛ monoceros
tunc dicitur rinocerotis in genitiuo.et
ſic de alijs.

## Capitu LXXXIX

### De rana

Rana a garrulitate vocis ſic ẽ vo
cata eo ꝙ ſtrepunt et ſonos vo-
cis importunis clamoribus red-
dunt in paluſtribus vbi generant̃ vt di.
Iſi.li.xij.ca.iij.de piſcibus. Ex ranis au
tem quedam ſunt aquatice.quedam pa-
luſtres.quedam rubete.de quibus ſupra
dictum eſt in littera. B.de bufone alie
calamite que ſic ſunt vocate quoniã in-
ter arundines habitant et frutices.vn-
de et in calamis cõuerſantur.et;ſũt val
de parue et virides et mute ſine voce.
Alie ſunt agredule rane puule in ſicco
vel in aruis morantes.vnde ſic ſunt nũ
cupate. Eſt autem quedam ſpecies rane
que miſſa in os canis facit eum obmu-
teſcere.ſed hoc multi negant.vt di. Iſi.
li.xij. Areſt.autem dicit de rana lib.iiij.
ꝙ habet linguam ꝓpriam que anteri⁹ lin
gue ſue applicatur ori ſuo ꝛ quaſi ligatur
ſicut extremitas lingue piſcis. licȝ poſte
rius ꝛ interius ad linguam cannam ha-
bet abſolutam.et ꝓpter hoc habet rana li
guam ꝓpriam et eſt coax mõ facit hoc ni
ſi in aqua tantum. Et ꝓprie maſcul⁹ tpe
coitus clamat feminaȝ.qꝛ quodlibet ani
mal habens vocem vociferat tempe coi
tus. Rana autem multiplicat vocem qñ
ponit mandibulam inferiorem equaliter
in aqua ꝛ extendeꝛit ſupiorem ꝛ p exten
ſionis conatum duaꝝ mandibulaꝝ. Lu
cẽt eoꝝ oculi ſicut candele et hoc de no-
cte maxime ſed coeunt de nocte plus ꝗ̃
de die. Et omnes piſces nutriũt pullos
ſuos pter ranaȝ vt dicit idem libro.vij
Cũ autem primo in aqua formant̃ ra-
ne videntur totaliter eſſe caput cũ qua-
dam extremitate dependente ad modum
caude.deinde dilatatur totaliter in ven-
trem ſublata cauda creſcunt ei pedes ꝛ
in animal quadrupes transformat̃.mouẽ
tur omnes rane preter bufonem vel rube
tam potius ſaliendo ꝗ̃ gradiendo.naȝ
vetus rubeta raro ſalit. Rana igit̃ aquo
ſa eſt ſeu paludoſa clamoſa limoſa vetro
ſa tumoroſa ſub ventre maculoſa veneno
ſa.et ideo abominabilis hoibus et maxi
me odioſa in terra viuit piter et ĩ aqua.

## Capitulum XC

### De ſalamandra

Salamandra vt dicit Pli.li.x.c.
xlviij.eſt ſimilis lacerte in figu
ra nunꝗ̃ apparet niſi in magnis
ymbribus.deficit autem in ſereno ꝛ tan
tus eſt ei rigor vt ignem tactu extinguat
ſicut glacies. Saniem lacteam ore euo
mit que ſi hominis tetigerit corpus to-
ti defluunt pili;.et qđ tactũ eſt corrũpit̃
et in colorem turpem cõmutatur. Sala-
mãdra itaꝗ̃ genus eſt lacertuli ſiue ſtel

lionis animal peſtiferum et ſumme ve/
nenoſum. Nam vt dicit Pli.li.xxix.cap.
iiij. fructus arboꝝ iſtic. aq̄s inficit. ex q̄b⁹
ſiquis comederit vel biberit moꝛ necatur
ſed ſi ſaliua eius pedem tetigerit totum
hominem inficit ⁊ coꝛrumpit. Et q̄uis
tanta ſit in ſalamandꝛa vis veneni. a qui
buſdam tamen aialibus manducat̄ loco
cibi. Inter medios ignes viuit ſola aia/
lium vt dicit idem. imo incendiū igneū
extinguit. Eſt et genus ſalamandꝛe cu/
ius pellis ē villoſa ⁊ piloſa ſicut pellis vi
tuli marini. ex qua fiunt aliquando cin
guli ad vſus regum que poſt longam ve/
tuſtatem in ignem ꝓiecti nō exuruntur
ſed poſt diuturnam inflamatiōem illeſi ⁊
purgati quaſi renouati ab ignibus extra
huntur et ab illa pelle fiūt licinia in lā
padib⁹ ⁊ lucernis que nullo incēdio coꝛ/
rumpūtur. q̄re ſupra in littera A. de an/
guium diuerſitate et inuenies ibi d̄ hoc
verme.

# Capitulū CXI

De ſanguiſuga

Sanguiſuga eſt vermis aquatilis
ſic dicta eo ꝙ ſanguinem diligit
atq; ſugit. potantib⁹ inſidiat̄ cū
illabit̄ faucib⁹ vel vbi vſpiam adheſerit.
ſanguinē haurit. ⁊ cū nimio cruoꝛe ma
duerit euomit qđ hauſit vt de nouo recē
tiorem ſugat vt dicit Iſi.li.xij. Vermis
eſt coloꝛis ſubnigri. quibuſdam virgulis
rubeis diſtinctus coꝛpe mollis. oblōgus
et flexuoſus os habet triangulum ⁊ I oꝛe
fiſtulā cū q̄ ſanguinem ſugit venenoſis
inſidet. et iō q̄ñ debet apponi membꝛo cā
medicine pꝛimo debet inuolui in vꝛticis
et in ſale vt ſic compellat̄ euomere ſi qđ
foꝛſan hauſerit venenoſum. in aqua te/
pida. in tēpe calido citius membꝛo ſe
applicat ad ſugendum.

# Capitulum XCII

De ſtellione.

Stellio nomen ſumpſit a coloꝛe
Eſt eni beſtiola tergo depicta lu
centibus guttis in modū ſtella
rum. de quo di. Ouidius. aptumq; colo
ri. Nomen habet variis ſtellatis coꝛpoꝛe
guttis. vt dicit Iſi.li.xij. vbi ſubiungit.
Stellio autem adeo ſcoꝛpionibus ē cō/
trarius vt viſo eo pauoꝛem his inferat ⁊
toꝛpoꝛem. Pli.li.viij. di. ꝙ ſtellio maxi
me de roꝛe viuit. Et q̄uis ſit aial pulcrū
et depictū. multū tamen eſt venenoſum.
q; vt dicit Pli.li.xxix.ca.ij. ex ſtellione
peſſimū fit medicamentū. nam cum fue/
rit moꝛtuus in vino faciē eoꝝ qui bibūt
lentigine obducit. ob hoc enim vnguētū
necant ſtellionē qui foꝛme inuidēt me
retricū. cuius remediū eſt oui vitellum
mel et vitrū. Et fel ſtellionis in aqua tri
tum muſtelas dicit̄ congregare. ⁊ eſt ſtel
lio genus lacerte reptile ⁊ q̄drupes. hñs
pedes latos ⁊ digitos ſciſſos ad modum
manus quibus repit ad domoꝝ et muro
rum rimas in quibus facit cauernas ſu
as ⁊ mutat ſpoliū ſuū in ſenectute ſicut
ſerpens vt dicit idē. et latitat in hyeme
in cauernis ⁊ hebetatur viſus eius. In ve
re autem exiens de cauerna ſentiens de/
fectum viſus mutat locū ⁊ querit ſibi lo
cum ⁊ cauernam ad oꝛientem et ꝯtinue
aperit oculos cōtra ſolis oꝛtum donec in
oculo deſiccetur humoꝛ ⁊ cōſumat̄ nebu/
la que oculis caliginem inducebat. Su/
per puer. aūt ca.xxx. innuit glo. ꝙ ſtellio ē
aial velociſſimū et tam̄ non pennatū. ſed
tm̄ velocitate pedum repit et ſcandit ad
ſublimitatem domoꝝ ac muroꝝ.

# Capitulū XCIII

De ſerpente

Serpens eſt dictus eo ꝙ occultis
ſerpit acceſſibus. non graditur
publice et apte ſed ſquamarum
niſibus repit occulte vt dicit Iſi. li. xij.
De cuius natura hic non ꝓſequoꝛ q; ſu
pꝛa in littera A. vbi agitur de angue om
nia ſunt plirius explanata. tamen quaſ
dā notas ꝓꝛietates et vulgatas hic bre/
uiter inſerere non pigebit. Dicebat Io
han. de ſancto Egidio de ſerpente ſic. foꝛ
midat nudum. dicit enim ꝙ inſilit in ve
ſtitum. ſputum fit ſibi venenoſum q; ſa/
liua ieiuni hominis venenum eſt ſerpen/
ti. pugnat ꝓ capite in quo dicit̄ eſſe ſe/
des coꝛdis. Caro frigida. hoc dicit̄ quia
frigide eſt nature. Pectoꝛe et ventre in/

cedit. hoc dicitur q2 rectis non graditur
veſtigijs ſed magis ſerpit annis ſingulis
ſe renouat. loca muſcida lingit. ſcȝ loca
putrida ſubintrat. i. loca vmbroſa amat
Reſpicit oblique q2 lateraliter non di/
recte tranſfigit aculeo. et dente flectitur in
ſe. q2 tortuoſus eſt ⁊ nō rectus. Abſcon/
dit lepram q2 comeditur ne talis īfirmi
tas reueletur nō ceſſat vertere linguam.
q2 ſerpens ſp̄ mouet linguā ex vi veneni
Eſurit ⁊ patitur. diu enī ſuſtinet famem
claudit aurem ſuam ne audiat incantā
tē vino qȝ venatur. Sibilat anteq̄ȝ mor
deat. interimit omne qđ mordet auiſ ho
ſtis q2 flatu interimit eas iacta reſumit
q2 venenum qđ eijcit reiterato reſumit.

# Capitulū. XCIIII

## De ſimea

Simea grece a ſuppreſſis narib⁹ ē
vocata. vn̄ ſimias vocatas di. iſi.
eo q2 narib⁹ ſuppſſis ſint ⁊ facie
feda rugȝ fpib⁹ follicātib⁹. alij dicūt ſime
as a ſilitudine hōis noīatas. q2 in multis
actus hōis imitant ſed hoc eſt falſum. vt
dicit Iſi. li. xij. Et ſubdit. Simee ſunt e
lementoꝝ ſagaces. noua luna exultant.
media ⁊ caua triſtant. qn̄ duos habet fe
tus fetū quem plus amat ī brachio ſuo
portat. quem vero minus diligit hume/
ris geſtat qn̄ ſibi inſtat neceſſitas fugiē
di. cū vo artatur ab inſequente fetū bra
chijs portatū pijcere compellitur ⁊ alio
qui humeris inſidet preſſa tardior ad fu
gam redditur. et iō a venatore facilius ⁊
citius p̄uenitur. Simearū aūt quinqȝ
ſunt genera vt dicit idem. ex quibus cir
copetici caudas habent. ſimea enī eſt cū
cauda quam quidam clunā vocant. ſūt
et alie que cenophale ſunt dicte quia fa
cie canis ſunt ſimiles ſed corpus habēt
ſimeaꝝ. ſunt etiam ſpinge villoſe comis
et mām̄is p̄minentibus faciles ad feri
tatis obliuionē. ſunt ⁊ ſatiri facie ad mo
dum grata ⁊ geſticulantibus motib⁹ in
quieta. ſunt ⁊ callatrices que toto pene a
ſpectu a ceteris diſtant. nam in facie ſūt
p̄ducte barba ⁊ lata cauda vt di. Iſi. Itē
dicit Pli. li. viij. ca. liiij. vbi dicit ſimeaꝝ
genera figure hominis ſunt. prima cau/
dis inter ſe diſtinguūtur. mira ſolertia
viſa ſingula facere nituntur. vn̄ calceare
ſe ſolent calceis a venatoribus ex indu/
ſtria derelictis et ſic facile capiūtur. naȝ
dum ſe volunt calceoꝝ ligamentis con/
ſtringere ⁊ calciamenta p̄ ut viderāt a ve
natoribus facere ſuis pedibus coaptare
anteq̄ȝ ſe poſſint a calceoꝝ vinculis expe
dire a venatoribus ſepiſſime capiuntur.
Item Pli. ibidem. Simeaꝝ erga fetum
maxima eſt affectio. nam manſuefacte
mira domos catulos quos pariunt om/
nibus demonſtrant tractariqȝ gaudent ⁊
gratulantes et ſibi applaudentes ꝯgno/
ſcunt. Huc uſqȝ Pli. Dicit autem idem
li. eo. ca. xxij. Sunt in india ſimee toto
corp̄e candentes quas indi oꝝſei capiūt
et venantur. De ſimia aūt dicit Auicen
na li. ij. Cōmunicat ſimia in forma cum
homine. et in piloſitate cuȝ lupo. Et ſunt
alique ſimee prauoꝝ motuū atqȝ morū
et earum dentes quaſi canum et morſus
malicioſus et maxime illarū que habent
caudas. Alie autem ſunt villoſe anteri⁹
preter faciem. et talium dentes ſunt ſi/
cut dentes hominis et alia habent ſicut
homo. et oculos ſubrufos et aſperos ⁊ a
cutos et mammas in pectore ⁊ manus et
pedes et digitos ſicut homo. et pōt am/
bulare ſup duos pedes. quia habet calca
neum et ei innitur ſicut homo et hec ha/
bent pauca animalia preter hominem ⁊
maxime quadrupedia. vt dicit Areſtote
les. Et vulua autē aſſimilatur mulieri
et virga maſculoꝝ eſt ſicut canis et inte
riora eius ſunt ſicut hominis. Huc uſqȝ
Auicen. hec eadem di. Areſto. lib. ij. vbi
dicit. Sunt animalia cōmunicantia ī na/
tura hominis quadrupedia vt ſimia ⁊c.
vnde recitat omnia ſupra dicta. Eſt itaqȝ
ſimia beſtia monſtruoſa. hominis ta/
men nature repſentatiua. diſcipline ſu
ſceptiua. vnde ad ſaltandū et varijs mo
dis ludendum informatur. Beſtia ſiquī
dem eſt indomita et malicioſa ex natu/
ra et verberibus et catenis p̄ violentiaȝ
domatur. trunco opprimitur ſub blocco.
nec libere diſcurrere p̄mittitur vt eius in
ſolentia reprimatur. Cibis omnibus ve
ſcitur. et immūdis delectatur. p̄pter qđ

in hominū capitibus vermes q̄rit quos
inuentos in os piicere non dedignat᷑. ſi/
miarum carnes deſiderat leo quando in
firmatur. qꝛ eius eſu dicitur cōualeſce/
re qſi grauiter infirmatur. vt dicit Iſi.
et Pli. q̄re ſupia de leone.

## Capitulum XCV

De ſirena

Sirena .ne. vel ſiren enis. demon
ſtrum qđ ſi dulcedine ſui cantus
trahit nautas ad piculum. Un/
de dicitur a ſiren qđ eſt tractus vt dicit
Hug. Gl. aūt ſup Iſa. xiij. dicit Sirene
ſunt ſerpentes criſtati ⁊ alati. Alij autē
dicunt ꝙ ſunt piſces marini in ſpecie mu
liebri. Papias autem dicit. Sirene ſūt
dracones magni volantes ⁊ criſtati vt q̄
dam putant. Iſi. autem li. xx. vbi agit de
portentis dicit. Sirene tres fingunt᷑ fu
iſſe ex parte virgines ⁊ ex parte volucres
vngulas et alas habentes. quaꝝ vna vo
ce. altera tybia. tertia lyra canebat q̄ il/
lectos nauigantes ſub ſpecie cantus ad
naufragium ptrahunt. Scđm veritatē
autem meretrices fuerunt que tranſeū
tes ad egeſtatem ducebant. ficti ſunt p
ducere ad naufragium nauigantes. Di
cit autem Iſi. li. xij. in arabia ſunt ſerpē
tes cum alis que ſirene vocant᷑ q̄ plus
currūt ꝙ̄ equi ⁊ volare dicunt᷑ quoꝝ vir⁹
tantum eſt vt ante mors ꝙ̄ dolor ſentiat᷑
De ſirena aūt di. phiſiologus. Sirena ē
monſtrum marinū ab vmblico ⁊ ſurſuꝫ
habens formam virginis. inferius figu /
ram piſcis. hec belua in tempeſtate gau/
det. in ſereno autem dolet. hec dulcedīe
cātus facit dormire nauigātes. quos cū
viderit cōſopitos ad nauē accedit ⁊ quē
poterit rapere ſecum ducit et pferēs ipꝫ
ad locum ſiccum primo ipm ſecum coire
cogit. ꝙ ſi coire noluerit vel non, poterit
illum pimit et ei⁹ carnes deuorat ⁊ trāſ/
glutit. De talibus monſtris legit᷑ in hy/
ſtoria alexandri magni.

## Capitulū XCVI

De ſcorpione

Scorpio vt dicit Iſi. li. xij. ē ver/
mis terrenus habens in cauda a
culeum arcuatum. ſic grece dictus eo ꝙ
cauda figat et arcuato vulnere venena
diffundat. Cuius pprium eſt vt palmam
manus non feriat neqꝫ ledat vt di. ideꝫ.
Et dicit᷑ ſcorpio a ſcorte qđ eſt dulce. et
pio is. i. fingere qꝛ in anteriori pte blā
dicias fingit. in poſteriori pungit. a ſcor
pione autem verme p ſimilitudinem di
citur rubus aculeatus vel flagellum vir/
ge nodoſe. Item ſcorpio dicit᷑ ſignum i
celo qꝛ ſole exiſte in illo ſigno primos fri
goris aculeos tunc ſentimus. Vñ Ora
tius. Matutina parū tūc cautos frigo/
ra ledūt. Item ſcorpio eſt ſagitta venē
ta arcu vel tormentis excuſſa. que duꝫ ad
hominem venerit dum infigitur vir⁹ dif
fundit. vnde et nomen accepit. De om/
nibus his dicit verſificator. Scorpius
eſt ſignum vermiſqꝫ ſagitta flagellum.
De ſcorpionibꝫ aūt di. pli. li. xi. c. xxvi.
Scorpiones pariunt vermiculos ouorū
ſpecie. ⁊ pimūt importuna peſte. venenoſi
ſicut ſerpentes p triduū valde ledit ſcor/
pionis venenū et poſt lenta morte pimit
niſi citius ſibi occurratur. letali ictu per/
cutiūt virgines quando eas feriunt. ſi/
militer et feminas ſed non tam cito. vi/
ros autem maxime ledūt. matutino tē/
pore quando exeunt de cauernis ſuis pri
uſqꝫ fortuito aliquo ictu ieiunum infun
dunt venenum ſemper cauda parata eſt
percutere nulloqꝫ momento ceſſat a leſi/
one. ſi eis datur occaſio ledendi et obli/
quo ictu ⁊ inflexo feriunt. venenū candi
duꝫ eos infundere appellodorus auctor
eſt qui. ix. deſcripſit ſcorpionum nociuo/
rum genera per colores. Geminos hñt
quidam aculeos. et inter hos ſunt mareſ
ſeuiores et maxime tempore coitus. et
hi ſunt ceteris graciliores et longiores.
Omnium autem venenum in meridie
magis eſt nociuum quando ſolis ardorī
bus canduerit. ſimiliter quando ſitiūt.
et habent quedam internodia in cauda q̄
quanto plura tanto peiora eoꝝ ſunt ve /
nena. et aliquando ſunt illa internodia
ſena aliquando ſeptena. Tradit autem
appollodorus quoſdam in affrica habe/
re pennas et illi ſunt valde nociui et hos
quidam venefici qui queſtus gratia colli

gunt diuerſarum terrarum venena illos
allatos ſcorpiones referre in ytaliam
ſunt conati. ſed infra regionem celi ytali
ci nullatenus viuere poterunt. Videtur
tamen aliquando in italia. ſed ſunt inno
cui. In ſcithia ꝑcutiunt porcos nigros
qui cicius moriuntur. ſi i aqua poſt ictū
ſe immerſerint. homini a ſcorpionibus
percuſſo cinis eorum potatus in vino eſt
remedium. ſubmerſi etiam in oleo ſuc/
currunt periculo quod pungendo anima
lia induxerunt. Nullum animal ledit
ſcorpio carens ſanguine. Et ſunt qui/
dam ſcorpiones qui pariunt vndenos fe/
tus quos mater quandoqꝫ deuorare di/
citur. ſed vnus qui magis eſt ſolers ſcan
dit ſuper clunes matris vbi tutus reſidꝫ
a cauda et a morſu. hic genitorem inter/
ficit et fraterne cedis vltor exiſtit. et hꝰ
ꝓuide fecit natura. ne peſtifera progeni
es nimium propagetur. Hucuſqꝫ Pliñ.
libro. xi. dicit autem Areſtot. libro. vij.
ꝙ ſcorpiones qui comedunt venenoſa ſūt
peioris veneni. et dracones quidam cōe
dunt ſcorpiones. et illi ſunt peſſimi. con
tra puncturam autem ſcorpionum mul
ta ſunt remedia. vt patꝫ ſupra libro. v. ð
morbis ꝛ venenis.

## Capitu. XCVII

De ſue

Sus vt dicit Iſido. a ſubigendo
eſt dicta eo ꝙ terram roſtro ſub
igit propter cibum. terram enim
ſulcat et ſubuertit vt dentibus ꝑueniat
ad radices. Plinius autem libro. viij. c
li. dicit. ſuillum pecus circa vernum equi
noctium concipit bis in anno parit. iiij.
menſibus in vtero trahit. xx. filios quā
doqꝫ ꝓducit. ſed educare nequit. et ali
quando omnes deuorat preter primum
illum magis diligit qui primo de vtero
exit. quia ei magis eſt naturalis et ei ſꝑ
primo primam mammillam porrigit. vt
dicit Plini. Soli. et Areſto. lib. vi. Eſt
autem animal immūdum et guloſum a
uide deuorans quodlibet fetidum et im
mundum. balneū putat lutum ꝛ reuol
uendo ſe in luto et quieſcendo impin/
guatur. vt dicit Areſto. libro. vij. et im
pinguatur ꝑcipue in quiete et ſeptima
pars ſui cibi tranſit in pilos et in ſangui
nem et in conſimilia et cum parit creſcit
et macreſcit. quia nutrimentum tranſit
in lac. vnde eius filij nutriuntur. et quā
do habet iuuenes magne eſt ferocitatis
et pugnat pro eis contra lupum. Alias
eius ꝓprietates. quere ſupra in littera p
de porco et in littera a. de apro.

## Capit. XCVIII

De thauro

Thaurus eſt bos maſculus nō ca
ſtratus. vt dicit Iſido. ꝛ eſt gre
cum nomen ſicut bos. Indicis
autem thauris. vt dicit idem libro. xij.
eſt color fuluus et velox ꝑnicitas pili ſūt
contrarium verſis. caput circumflectit fle
xibilitate qua vult. Tergi duricia om/
ne telum reſpuunt immiti feritate. qui
ab arbore ficus alligati omnem amittūt
feritatem et ſubito manſueſcunt vt di
cit Iſidorus libro. xvij. quere ſupra de fi
cu in littera f. Eſt animal ſuꝑbum ꝛ cer
uicoſum. cuius maxima fortitudo eſt in
collo et in cornibꝰ ac ceruice. vnde Pli.
libro. viij. capit. xlv. Generoſitas thau
ri patet in aſpectu et in cornuta fronte et
in auribus ſetoſis ac in cornibus in pro
cinctu dimicationem ꝑofferentibus cu
ius tota comminatio in prioribus pedi
bus ſtat. quibus in altum ſpargit arenā
et ex tali ſparſione ſingulariter inter a/
nimalia inardeſcit. vt dicit idē Areſt.
libro ſecūdo. Thaurus habet epar rotū
dum ſimile epati hominis. et paſcitur ſo
lus ante tempus coitus et amoris ꝛ tūc
vaccis ſe aſſociat. vt dicit idem libro. vij
et tunc contra alios fortiſſime pugnat.
Item in eodem. Thauri impinguātur
ab herbis et granis ventoſitatem gene/
rantibus ab extremitatibus piſarum et
fabarum et huiuſmodi. Et ſiquis incide
rit parum corium et cum fiſtula ſufflan
do parum cutem a carne eleuauerit ꝛ pꝰ
ei dederit ad manducandum impigua/
bit et impinguat cū dulcibꝰ cibis ſicut
cum ficubus et vuis paſſis. Itē li. ſepti
mo. Thauri faciunt contrarium equis
quia niſi aqua fuerit frigida et pura nō

curant potare eam. Item idem lib. vij.
Propter vxores pugnant thauri. et qui
vincit ſalit ſup feminam. et cum debili/
tatur p multitudinem coitus venit vi/
ctus cõtra eumq̧ pugnat. et qui vincit
ſalit ſup feminam quaſi gaudens de tri/
umpho et thauri vtunt coitu poſt annũ.
et forte poſt octo menſes ſicut et vacca. q̃
re infra de vacca. Thauri autem q̃diu
non ſunt caſtrati feroces ſunt et ſuperbi
ſed ablatis teſticulis effeminati reddun
tur et pigri. imbelles penitus et manſue
ti. creſcunt tamen corpe et impingueſcũt
et aratro et iugo manſueſcunt. quere in/
fra de vitulo caſtrato. Item in li. xix. i fi.
dicitur q tauri habent fortiores neruos
et ligamenta. i. lacertos q̃ boues. quia i
caſtratis omnia corporis membra emol
leſcunt. et in corde thauri inuenitur ſe/
pe os ſicut in corde cerui. Sunt autem
quidam thauri agreſtes. vt dicit Plini.
li. viij. ca. xxij. Sunt inquit thauri atro
ciſſimi ſilueſtres ceteris maiores et ve/
lociores colore fului et oculis ceruleis pi
lo in contrarium verſo. rictum ad aures
extendentes. cornua mobilia habent q̃
alternatim in pugna mouent. tergũ ha/
bent durum ad modũ ſilicis. ita q vulne
rari non poteſt. hanc feram omnes venã
tur. nec aliter poteſt capi q̃ in foueis. ca
pti p feritatem intereunt et p indigna/
tione moriuntur.

## Capitulũ XCIX

De tragelapho

Tragelaphus eſt dictus hircocer
uus. a tragus qđ eſt hircus. et ele
phos qđ eſt ceruus. Et dicit Iſi
dorus libro. xij. tragelaphi a grecis ſunt
nominati qui dum ſunt eadem ſpecie.
vt cerui villoſus habent armos vt hirci
et mentum demiſſis hirſutum barbis.
De his autem dicit Auicen. li. ij. q̃dam
agreſtia animalia habent cornua tortuo
ſa. vt hircoceruus qui tragelaphus dici
tur et pedes eius habent ſoleas. et corp⁹
eius creſcit ad q̃titatẽ cerui et ſunt for
tes valde et facies eius declinant. et cor/
nua eorum ſunt ſicut hinnuli.

## Capitulum C

De talpa

Talpa eſt quedam beſtiola ad ſili
tudinem muris. de qua di. Iſi.
li. xij. q ſit damnata cecitate per
petua in tenebris. eſt enim abſq̧ oculis
roſtrum habet ad modum porci cum quo
terra fodit et humum egerit. et radices
ſub terra comedit et corrodit. ſolem odit
et fugit nec diu poteſt viuere ſup terram
nigram habet pellem villoſam et mollem
crura breuiſſima et pedes latos et p digi/
tos diſtinctos ad modum manus. Are.
autem de talpa dicit ſic. Omne animal
generans animal ſibi ſimile habet oclos
preter talpam que non habet oculos ap
parentes. ſed ſiquis inciderit coriũ ſub/
tiliter inueniet interius veſtigia laten/
tium oculorum. Et putauerunt aliqui q il
lud corium rumpitur p anguſtia quado
incipit mori. et tũc incipit apire oculos
in moriendo quos clauſos habuit in vi/
uendo. Dicit ad hoc Pli. li. x. ca. lix. Li
quidius audiunt talpe obrute terra den/
ſo atq̧ ſurdo nature elemento. et ſi ho/
minem audierit loquentem fugit a de/
motis.

## Capitulum CI

De taxo

Taxus eſt melus animal ſcz ad q̃
titatem vulpis. cuius pellis val
de eſt hiſpida et villoſa et dicitur
melota vt dicit gl. ſup illud vbum. Cir
cumierunt in melotis ec. Hebreo. xj. de
hac beſtia. ſ. de taxo ſiue de melo di. Pli.
li. viij. ca. xxxix. Eſt et melis quedã ſoler
tia. quando enim eos canes inſequuntur
anhelitum et flatum retinent. retinendo
cutem extendũt. et ſic morſus canũ et ic
tus hominũ arcent. futuram puidẽt tem
peſtatem. et ideo ſibi faciũt cauernas ſub/
terraneas diuerſas exitus cõtinẽtes vñ
qñ flat ventus aquilonaris obturãt cau
darũ villoſitate introitũ aquilonarem. et
apertum dimittũt tunc auſtralem. et econ
uerſo. In eiſdem aũt latibulis ſibi pro
uident in paſtu cõtra hyemem. et ſi qñ/
q̧ eis defecerit cibus eis p cibarijs erit

ſomnunus.vt dicit idem. Sunt enim de generibus aialium que in hyeme ſe abſcondūt.et ꝑ magna pte de ſomno viuūt vt ſupra de mure. Eſt quedam ſpēs taxi vt dixit phiſiologus.que abſolute cibos cōtra hyemem vna cum femina colligit et reponit et veniente algore hyemis timens maſculus ne cibi collecti nimis cito deficiant.feminam ab eſu reprimit ⁊ ipā ad ſaturitatem comedere nō pmittit que pacem ſimulans.et q̄ſi taxo maſculo cedens cauernam latenter exit ⁊ ꝑ ptem oppoſitam latibulum intrās ignorante maſculo fauces aperit diu aggregatos cibos deuorat et conſumit. Hec beſtia vt dicit idem.vulpem odit et cū eadem dimicare conſueuit. ſed vidēs vulpes ꝙ ꝓpter duriciam et villoſam eius pellem eum ledere non poterit ſe victam ſimulans fugam petit.et dum taxus predam querit vulpes eius latibulū ſubintrans.vrina ⁊ alijs immūdicijs taxi cubiculum inficere cōſueuit. cuius fetorem abhorrens melus defedatū domiciliū derelinquit et aliam manſiūculam neceſſariam ſibi querit.

## Capitulū. CII

De tigride

Tigris eſt beſtia ad fugam velociſſima ad modum ſagitte.ſic enim ꝑſe ſagittas vocant. vt di. Iſi. li.xij. Eſt eni beſtia varijs maculis diſticta.virtute ⁊ velocitate mirabilis.ex cuius noīe fluuius tigris appellat̄ eo ꝙ rapidiſſimus ſit oīm fluuioꝝ. Tigrides eni magis hircania gignit. Huculꝫ Iſi. Dicit aūt hic tigris huius tigridis ꝓ beſtia. ſꝫ ꝓ fluuio hic tigris hꝰ tigrꝫ.q̄re.s.d fluminibꝰ. De tigride aūt di. Pli. Tigrides autem hircani vndiꝗ ferunt que ſunt animalia tremende velocitatis et maxie noſcitur cum capitur.eius enim fetus q̄ ſemꝑ numeroſus eſt ab inſidiante venatore rapitur.et in equo velociſſimo ſubito deducitur. at vbi fera ſpoliatis catulis vacuum cubile repperit fertur ꝑceps odore ferentis catulos inueſtigans.venator aūt audiens fremitū inſequētis abijcit vnum catulum quem illa tollit ⁊ ad ſuum latibulum morſu ducit.quo repoſito in cubili cōcito curſu iteꝝ redit. interim raptor cum reſiduis nauem ſcandit.et illa irritata ⁊ fruſtrata feritate ꝑ nullo vltra ſeuit.vt dicit Pli.li.viij.ca.xix. Maſculus autem de fetu penitus non curat. vt dicit idem. Qui aūt omnes catulos deferre cupit.ſpecula magna in itinere d relinquit.que mater inſequens in via inuenit et in eis ſe intuens de ſua imagīe filios eſſe credit.circa autem ſuam vmbram illic detenta.⁊ circa filioꝝ extractionem de vitro occupata dat raptori ſpacium fugiendi.et ſic ꝑ vmbraꝫ decipitur ne raptorem ꝓ catuloꝝ liberatione vlterius ꝑſequatur.

## Capitulū CIII

De tinea

Tinea vt di. Iſi.eſt veſtimentoꝝ vermis dicta eo ꝙ teneat ⁊ eo vſꝗ veſtibus inſidiat quas corrodit.⁊ ex veſtiū corruptiōe gignit̄ qn̄.ſ.veſtis aliquādiu l aere groſſo cōprimit̄ nec vento ꝑfundit̄ et in puro aere libere nullatenus explicatur. Inſenſibiliter aūt panni ſupficiem cōſumit.et cum ſit ſenſibile aīal iufra panni ſubſtantiam ſe occultat ꝙ vix vnꝗꝫ videri oculis ſe pmittit.amara et odorifera tinee fugiūt. ad veſtes reſperſas talibus de facili non accedunt.et ideo folia lauri cedri et cypreſſi et huiuſmodi poſita in ciſtulis veſtes ibi repoſitas et libros corrumpi a tineis non pmittunt vt dicit Conſtan. Eſt etiam quedaꝫ ſcabies capitis que ꝓpter ſuam tenacitatem et adherentiaꝫ tinea eſt dicta De qua quere libro.v.vbi agit̄ de capitis infirmitate.

## Capitulum CIIII

De teredine

Teredines vocant greci lignoruꝫ vermes eo ꝙ teredo edant. vt dicit Iſido. li.xij. Ex humore autē corrupto in arboribus derelicto ſub corticibus arboꝝ et in medullis generātur maxime autem in arboribus generātur quando in importuno tempore arbores

reſecantur vel plantantur. vt dicit idem
et hoc eſt in plenilunio potiſſime quando
humiditas que lunari virtute cum cor/
poribus tunc abundat non digeritur et
ꝓpter eius ſuperfluitatem non regitur a
natura. et ideo neceſſe eſt vt talis ſuper
fluitas corrumpatur ac in vermes et in
putredinem conuertatur. quere ſupra de
effectu lune libro. vi. Teredo itaqꝫ ligni
vermiculus in ſubſtantia eſt molliſſimꝰ.
et tamen corrodit ⁊ cõminuit duriſſima
ligna et ſubtiliorem puluerem facit qꝫ
poſſit lima facere. quere infra de vermi/
culo.

## Capitulum CV

De teſtudine

Teſtudo eſt animal ſic dictuꝫ eo
q̄ tegmine teſte, ſit opertum in
camere modum. vt dicit Iſido.
libro xij. Et ſunt quattuor genera ſcilicꝫ
terreſtres. maritime. lutarie. ſcꝫ in palu
dibus viuentes et fluuiales. Et tradũt
aliqui qđ tamen incredibile eſt tardius
ire nauigium teſtudinis pedem dextrum
deferens. vt dicit Iſido. li. xij. De teſtu
dine autem quere ſupra in littera L. de
limace.

## Capitulũ. CVI

De tortuca

Tortuca inter teſtudines corrũ
patur. eo q̄ inter teſtes duriſſi/
mas clauditur inter quas ſe re/
colligit quando ab aliquo moleſtat̃. Eſt
autem eius duplex ſpecies ſcꝫ. fluuialis
et terreſtris. Fluuialis aũt tortuca mor
tifera eſt et venenoſa. Terreſtris vero q̄
habitat in domibus vel in ſiluis mũda eſt
et comeſtibilis. eſt tamen horribilis in a
ſpectu et deformis. Ponit autem oua vt
gallina ſed pallidiora et minora. Eſt au/
tem animal quadrupes habens pedes p̃/
uos ſicut rana. et caput paruũ ſicut ſer/
pens. et teſtas duras diuerſis maculis de
formatas. Carnes vero eius que habi/
tant in nemoribus ſunt medicinales et
virtutis reſumptiue vnde valent ethicꝭ
ptiſicis et conſumptis. De tortuca aũt
marina dicit Areſto. libro. viij. Tortu/
ca inquit marina comedit omnia ⁊ eius
orificium eſt fortius omni ore cuiuſlibꝫ
animalis. quoniam acceperit lapideꝫ in
ſuo ore eum frangit. et exit ad ripam et
paſcitur herbis. et cum reuertitur intra
aquam aſcendit et natat ita q̄ deſiccatur
dorſi ſuperficies a ſole quoniam illi non
leue eſt q̄ in aqua profundat̃. Item lib.
viij. animal habens ſquamam plumam
aut corticem. non habet veſicam propter
paucitatem potus. qꝛ ſuperfluitas potuſ
tranſit in plumas et alia pꝛter tortucaꝫ
quoniam pulmo tortuce maxime eſt car
noſus ſanguineus ſimilis pulmoni vac/
ce. At pulmo tortuce ſiluestris eſt ma/
ior qꝫ deberet eſſe. quoniam corpus eius ꝯ
tinetur in teſta ſpiſſa. et ꝓpter hoc non
diſſoluitur niſi in carne tantum. et pro/
pter hoc fuit in tortuca veſica. vt recipe/
ret ſuperfluitatem ſicut vas ſed valde p̃
ua eſt. Veſica enim eſt in omnibus ani/
malibus habentibus pulmonem ſangui
neum. et ideo ſola tortuca inter anima/
lia habentia duros cortices habet veſicã
et renes.

## Capitulum CVII

De vacca

Vacca thauri eſt femina. dicta q̄
ſi boacca. vt dicit Iſido. li. vij. eſt
autem animal laſciuũ et luxuri
ſum. qꝛ vt dicit Areſt. li. vi. Vacce poſt
annũ mouent̃ ad coitum. et forte poſt oc
to menſes et tempus impꝛegnationis eſt
p̃ nouem menſes ⁊ fetus erit in decimo
Et vacce tp̃e coitꝰ aſſimilant̃ maribꝰ et
efficiunt̃ ſiluestres. ita q̄ nõ poſſunt eas
domare paſtores. et deſideriũ vaccarum
manifeſtat̃ p̃ tumorem iguinum et ſuos
mugitus cõtinuos. quoniam vacce mu
giunt cõtra coitum et ſaliũt ſupra thau/
ros et ſequũtur ipſos. et cũ eis ſtãt. Itẽ
in eodem dicit in fine. Dicũt homines
q̄ tempus impꝛegnatiõis earꝫ eſt decẽ mẽ
ſiũ. et ſi ante hoc tp̃s pariat. fetus nõ vi/
uet nec ſue vngule cõplebunt̃. et in ma/
iori p̃te pariet vnum et forte duos. Fe/
mine viuunt in maiori parte. xv. ãnis.
et mares ſimiliter. ſed qñ caſtrant̃ effici
unt̃ fortiores ⁊ viuũt. xx. an. ⁊ poſt p̃tum

habet lac bonum. ante autem nihil habz et ſi habuerit parum aut nihil valet ꝛ cũ primo coagulatur lac vacce. efficitur ſicut lapis. hoc autem ei accidit cum miſcetur aque. Vacca vnius anni raro ſe miſcet thauro niſi poſt annum. et quãdo vacce multotiens impgnantur ꝛ faciũt plures filios ſignum eſt ſm ꝙ putant homines ꝙ in hyeme multe pluuie erunt. In grege viuunt et ſi a grege receſſerint. ſepe pereunt quoniam a beſtijs comeduntur. Item omnium animalium ſunt voces fortiores et groſſiores i maſculis exceptis vaccis que vocalem habent maſculis groſſiorem. Item vt dicit idẽ. vacca cornua habet fortiora et groſſiora et magis nodoſa ꝙ maſculus. nõ tamẽ ita magna. ſed ſi calefiant poſſunt flecti in omnem partem. et quando infirmãtur in pedibus eſt eis medicina ſi inter cornua oleo et pice et alijs medicaminibus inungantur. Item dicit idem ꝙ vacce diligunt bibere aquam claram. et turbidam vix aut nunꝗ bibunt. et eis accidit podagra et ex hac infirmitate moriũtur. et ſignum eſt quando ſũmittũt aures ſcz et non comedunt. vt dicit idem. Vacca impinguata iugum abijcit. cui conſueta minus paſta optime eſt ſubiecta. in ſimo ꝓprio iacens impingueſcit et quanto plus a labore ei parcitur tanto torpet amplius et pigreſcit. puncta oeſtro id eſt muſca bouina caudam erigit ꝛ miro modo inſaniens per campos licentius circuit et diſcurrit.

## Capitulũ. CVIII

### De vacca agreſti

Vacca aliquando eſt agreſtis de qua dicit Auicen. ꝛ etiam Areſtote. Eſt inquit vacca in terra parthorum habens crines in collo ſicut equi. et eſt corpus eius ad quantitatem cerui. vnde a multis equiceruus vocaẗ et talis vacca carens cornibus habitat i montanis. et eſt ſilueſtris. et habẽt pulcros oculos et ſunt acuti viſus. et quandoꝗ habent cornua vacce huiuſmõi. ſed ſunt parua admodũ hinnuli et ſunt curuata verſus tergum ſicut cornua capri. ꝛ in corde eius inuenitur os ſicut in corde cerui et cameli. et illud os quando incaleſcit ſanguis. titillando mouet cordis neruos et ſubſtantiam et eſt cauſa excitans animal ad motum leticie et exultationis. vnde ex tali titillatione q̃ſi ſubito ſe erigit caput mouet. ſalit velocius ꝛ diſcurrit. Item Areſto. li. viij. di. Animalia inquit que non poſſunt habere iuuamenta a cornibus habent iuuamenta alia a natura. ſicut dedit velocitatem ceruis et agreſtibus vaccis que cornua habent incuruata. et non poſſunt ꝓpter magnitudinem defendere totum corpus et propter hoc dedit natura agreſti vacce aliud iuuamentum ſcz eiectionem ſtercoris quo exurit canes qui ex vicino ſibi nimium appropinquant. alij etiam canes qui ſtercora talium vaccarum inueniunt circa ipſorum odorem ſe occupant quouſꝗ imbelles beſtie fugiant periculum ꝛ euadunt. De hoc quere ſupra in littera B. de boue et de bubalo qui eſt bos agreſtis.

## Capitulũ CIX

### De vitulo

Vitulus a virore etatis dictus ẽ vt dicit Iſido. libro. xij. Nã ſtatim quando naſcitur a virtute ꝓpria ad querenda matris vbera erigitur et leuaẗ matris vberibꝰ ſtatim reficitur et lactatur materna lingua lingiẗ et ab omni immũdicia contracta ex vtero abſtergitur et purgatur. Naſcitur ei ſicut ꝛ equo in fronte poſtula quedã nigra quã magi fore amoris aſſerunt incentiuum. Hanc puſtulam mater ſtatim amputat et detrũcat nec eũ admittit ad vbera niſi ꝓdictũ virus auferat et ꝓſcindat. Idẽ di. Areſt. De equa ꝛ eius pullo. ſilr Auicen. quere ſupra in lr̃a E. de equa. Vitulus mr̃em diligit et eius mugitũ ſequitur et cognoſcit. Vbera que ſugit fronte excutit. ꝛ ſic vberiorem lactis effuſiõem a matre q̃rit. lacte ſatiatꝰ ſalit hilaris et diſcurrit ſaliendo. a matris aũt veſtigijs nõ diſcedit. Sile di. Areſt. li. viij. ꝙ vituli caſtrant poſt vnũ annũ ꝛ ſi nõ caſtrẽtur illo tempꝛe erũt parui. et eſt caſtratõ

vituloꝝ ſm hunc modum ꝓſternūť vitu
li in terra et ſcinditur corium. et expri /
mūtur teſticuli et eriguntur eoꝝ radiceſ
ad ſuperius. et eoꝝ nerui ꝛ ligatur ſciſſu/
ra quouſq; exeat ſanguis extra. et ſi ac/
cidit apoſtema cremabunt teſticulū ab
ſciſum. et ponant cinerem ſup apoſtema
et ſic locus ſanatur. Eſt autem in mari
quedam beſtia habens ſimilitudinem vi
tuli, ꝓpter qđ vitulus marinus nuncupa
tur hec parit in terra more pecudum. mo
re canum coit. nunq̃ parit plus q̃ duoſ
educat mammis fetum non ante vnde/
cimum diem ducit fetus ad mare. ſed de
inceps aſſuefacit eos ad natandum dif/
ficulter interficiunť niſi capite leſo mu/
giunt ſicut vituli, ꝓpter qđ vituli nuncu/
pantur. voce et vultu populum ſalutant
cum maxima diſciplina. Nullū animal
grauiori ſomno pmitur. pennis quib⁹ in
mari vtuntur. humi vice pedum ſerpunt
pelles hirſutas et crinitas habent ſic vi/
tuli que detracte ſenſum equoris retinēt
ſemperq; maris eſtu recedente inhorre/
ſcunt. Dextre eius pennule vim ſomni/
feram dicunt ineſſe. ſomnoſq; prouocat
ſi ſupponať capiti. Hucuſq; Pli. lib. viij
cap. xij.

# Capitulum CX

## De vrſo

Vrſus eſt vocatus eo q̄ ore ſuo
formať fetus quaſi orſus. vt di.
Yſi. li. xij. Nam aiunt eos infor
mes generare partus et carnem quan/
dam naſci quam mater lambendo mem
bra cōpouit. Unde eſt illud. Sic format
lingua fetum quem protulit vrſa ꝛc. ſed
hoc immaturitas ptus facit. Deniq; tri
ceſimo die generat. vñ euenit vt pcipita
ta fecunditas informes ꝑceet. Urſorū
caput eſt inualidum vis maxima in bra
chijs et in lumbis. vnde interdum ere/
cti inſiſtunt. vt dicit Yſido. li. xij. in cap.
de beſtijs. Uel đr vrſ⁹ ab vrgēdo q2 fortiť
vrget ac ſtringit quem apprehendit. De
vrſis dicit Plinius li. viij. ca. xxxvij. vrſo
rum inquit coitus eſt in initio hyemis.
nec vulgari quadrupedum more coeunt
ſed ambobus cubantibus et complexis
receđūt deinde ab inuicem et intrāt ſpe
cus ſeparatim in quib⁹ pariunt. xxx. die
ꝛ non plures q̃ quinq;. ſiunt fetus can
didi. et informis caro. parum maior q̃
ſint mures ſine oculis et ſine pilo. vn /
gue tamen ꝓminent hunc lambendo pau
latim figurant. nec vident homines q̇c/
q̃ rarius q̃ vrſos coeuntes vel pariētes
ideo mares quadragenis diebus latent
femine quaternis menſibus. latibula
ſua edificant cum ramis et frondibus ꝛ
ſunt penetrabilia ymbribus molliq; frō
de contecta. primis his diebus bis ſep/
tenis tam graui ſomno opprimuntur vt
nec vulneribus valeant excitari. tūc pin
gueſcunt miro modo. Et ſunt eius adi/
pes apte contra profluuium capillorū.
poſt hos dies reſident ac priorum pedum
ſuccu viuunt. fetus frigentes opprimen/
do ad pectus fouent. et cubant ſup eos ſi
cut volucres. Mirum autē eſt dictu qđ
credit Theophraſtus ſcz vrſorū carnes
tunc temporis coctas creſcere ſi feruenť
nec inuenitur tūc aliquod cibi in alueo
veſtigium niſi modicum de humore. Cir
ca cor autem habet tunc ſanguinis par /
uas guttas et nihil omnino in reliquo
corpore inueniri poteſt. in vere procedūt
et tunc maſculi ſunt pingues. Cuius rei
cauſa eſt occulta. precipue cum tūc tem/
poris nec cibo nec ſomno ſunt ſaginati p
terq̃ diebus bis ſeptenis. Exeūtes au
tem ſpecum quandam herbam querunt
quam comedunt vt laxent ventrem quē
habent tūc conſtrictum. Oculi eoꝝ tunc
ſunt hebetati. ꝛ ideo tūc maxime expetūt
fauos apum vt os vulneratum punctu
ris apum ſanguinando releuet grauedi
nem et dolorem oculorum. Caput habet
debile quod eſt fortiſſimum in leone. et
ideo ſi vrgente vi quandoq; de rupe ſe p/
cipitent. collapſi ſuper arenam defacili
moriūtur. Cerebrum vt dicunt habent
venenoſum. et iđ eoꝝ capita qñ occiduntť
in ſpectaculis ꝯburūť ne guſtātes aliqđ
cerebro i vrſinā rabiē ꝯuertāť. pugnaut
ꝯ thauros ꝛ auerſi rapiūt ore ipos. pedi
buſq; oib⁹ in cornib⁹ ſuſpēſi pōdere deij
ciūt ꝛ tūc mordendo eos dilaniāt ꝛ occi
dūt. nec alicui animaliū ineſt tāta ſoler/

tia ad maleficia ſicut vrſis. Hucuſq; pli
nius li. viij. ca. xxxvij. De vrſis aũt dicit
Areſto. li. vi. Urſus inquit comedit om
nia indifferenter. comedit enĩ fruct⁹ qñ
aſcendit arbores ⁊ frangit aluearia ⁊ co
medit mel. et infeſtant apes oculos eius
et pungunt linguã ⁊ qñq; fugiunt ipm.
et comedit cancros ⁊ formicas ꝑpter me
dicinam. ⁊ comedit carnes ꝑpter ei⁹ ma
gnam fortitudinem. et pugnat cum cer
uis ⁊ porcis agreſtibus et cũ canibus et
cum thauris et ꝓſternit eos ⁊ vadit ere
ctus contra eos et tenet manib⁹ cornua
et ſepe vincit eum. Eſt autem aĩal im
patiẽs ⁊ iracundũ volens ſe vindicare
de ſingulis que tangunt eum. et iõ ſi ali
quem pcutientem ſe inuaſerit ſi alius eũ
tetigerit dimittit primum ⁊ ſtatim inua
dit ſcõm. et ſi tertius ſtatim eum leſerit
dimittit primũ et ſcõm ⁊ mox cõtra ter
tium inſurgit. Et qñ capitur pelluis ar
dentis aſpectu excecatur. catenis colliga
tur. ludere compellitur ⁊ p verbera dome
ſticatur. Aĩal etiam eſt inſtabile et mul
tum inquietum. vnde tota die circuit cir
ca ſtipitem ad quem vinculis alligatur
pedes ſuos ſugit ⁊ lambit. ⁊ in eoꝝ ſucco
delectat̃ miro mõ ſcit ſcandere ſuper arbo
res vſq; ad altiſſimas ipaꝝ arboꝝ ſum
mitates. Solent aũt mellificare apes ĩ
arboribus cõcauis quaꝝ fauos deprehen
dens vrſus p odorẽ aſcendit vſq; ad lo
cum mellis. et faciens vnguibus in arbo
re apturam extrahit mel et comedit. ex
cõſuetudine frequẽter qñ eſurit ad locũ
redit qđ attendens venator circa arboꝝ
pedem ſudes ⁊ palos acutiſſimos vndi
q; circũfigit. Ante apturam vo malleũ
valde ponderoſum cũ reſte ſuſpendit. ve
niens itaq; vrſus eſuriens ⁊ mel extra
here cupiens p malleũ impeditur qđ vi
dens qſi pede malleũ a ſe ꝓijcit ſed redi
ens malleus ipm ad aures tangit. ſuper
quo indignat⁹ fortius a ſe malleũ reijcit
qui impetuoſius rediens acrius ipm fe
rit. et tamdiu cõtra truncũ ſiue malleũ
ſic cõtendit quouſq; ex frequẽti ictu ca
put qđ hʒ debile deficit. ⁊ cadẽs inferius
ſup palos ꝓpria ſtulticia ſe occidit. Iſtũ
modũ venãdi vrſos narrat theophraſtus
et iſtũ eundẽ modũ a venatoribus vrſoꝝ
in germanicis ꝑtibus intellexit.

## Capitulum CXI

De vrſa

Vrſa aũt beſtia eſt ſeuiſſima ⁊ ma
xime qñ catuli ſui rapiunt̃. naʒ
illi cura eſt đ ſalute filioꝝ. iõ eos
diligentius lambit. lactat ⁊ nutrit. ⁊ cir
ca illos defendendos ſepe potenter ꝓ vi
ribus ſe opponit. impᵭgnata a maſculo ſe
diuidit. et vſq; ad filioꝝ informationeʒ
vlterius non accedit. vt dicit idem. In
tempe luxurie ſe abſcondit et videri a
moris tempe erubeſcit. Maſculi etiam
eis tunc tempis parcunt et voluptatis
gratia eas infra partus tempa nõ acce
dunt vt dicit Areſt. Pli. et Auicen. Itẽ
Pli. li. x. ca. lxxij. Urſi inquit non lam
bunt potum vt beſtie habentes ſerratos
dentes nec ſorbẽt vt habentes continuos
ſicut oues et homines. ſed aquam mor
ſu vorant.

## Capitulũ. CXII

De vulpe

Vulpes ẽ dicta quaſi volupes. eſt
enĩ volubilis pedibꝫ ⁊ nunq̃ re
ctis itineribꝫ ſed tortuoſis ãfra
ctibus incedit fraudulenter aĩal inſidijs
decipiẽs. nã dũ nõ habuerit eſcã mortu
am ſe fingit. ſicq; aues deſcẽdẽtes qſi ad
cadauer rapit ⁊ deuorat ⁊ tranſglutit. vt
di. Iſi. li. xij. Uulpes ſp claudicat. nam
crura ei⁹ dextra breuiora ſũt q̃ ſiniſtra
pellẽ hʒ multũ villoſam calidã ⁊ piloſã
caudã magnã. quã dũ canis rape putat
dentes ⁊ os pilis replet ⁊ obturat. Con
tra taxũ p manſionibus pugnat ⁊ ipius
foueam vrina et ſtercore polluit et dere
dat. et ſic de ipo nõ violẽtia ſʒ dolo ⁊ frau
dulentia triũphat. Foueas ⁊ loca ſubt̃
ranea inhitat ⁊ frequentat. aĩalia dome
ſtica plus q̃ ſilueſtria rapit ⁊ deuorat. et
vt di. Areſt. li. viij. ceruus eſt amic⁹ vul
pis. ⁊ ꝓpt̃ hoc pugnat cõtra melũ. i. cõtra
taxũ et ipm iuuat. Naturale eſt odiũ in
ter vulpeculã et melum ſiue taxũ quẽ ſe
pe ſupat vulpes dolo poti⁹ q̃ vtute. Eſt
autem animal vorax et guloſum et ideo

generat filios cecos ſicut leo et lupꝰ. vt dicit Areſt. l. xvi. nam vt dicitꝰ Soli. In omnibus facientibus filios in cõpletos cauſa eſt guloſitas q2 ſi expectaret natura vſq3 ad complementum ſugendo interficerent matrem. et ideo natura facit fetus naſci ante completiõem ne nimis expectando plenam formatiõem auiditate nimia nutrimenti interimerent matres ſuas vt dicit idem. Animal ſiquidem eſt fetidum corruptum et loca reddit ſterilia et corrupta vbi morari continue conſueuit. ventrem et guttur habet album ⁊ delicatum ⁊ caudam et tergũ habet rufum. anhelitum habet fetidum. et morſum aliq̃ntulum venenoſum vt dicit Pli. Qñ eam inſequunt̃ canes caudã inter crura recolligit. et quando vid3 ſe non poſſe euadere in cauda villoſa vrinã recolligit quam canes ipam ſubſequentes pĩicit ⁊ diffundit. cuius fetorem abhorrens canum multitudo aliquantulũ ei cedunt. Domeſticum ⁊ domitum ĩ neceſſitate ſe fingit ſed noctu oportunitate aliqua ſiluas petit. Et q̃uis multum ſit in ſe verſuta ⁊ malicioſa. in multis tamẽ eſt vtilis ſm exercitiũ medicine vt dicit Pli. li. xxviij. Adeps enĩ eius ⁊ medulle multum dicũtur valere contra neruorũ contractiõem. Sanguis dicitur diureticus vnde multum valere creditur ad lapidum in veſica ⁊ renibus fractiõem. Alias ponit Plinius ibi de virtute vulpiũ magorum opiniones de quibus non curo facere mentionem. Dicit tamen q̄ ſi quis linguam vulpis habuerit in anulo vel in armilla talis non patietur vt dicitur ſm magos caliginem oculoꝝ.

## Capitulum CXIII

De verme

Vermis eſt animal qđ de carnibꝫ ſepe ⁊ herbis naſcitur. ſepe autẽ de oleribus pcreatur. aliquãdo ex ſola humoꝝ corruptione. aliqñ ex ſeminum cõmixtione. et aliqñ ex ouatione. vt3 in tortucis ⁊ ſcorpionibus ⁊ lacertis vt di. Iſi. li. xij. Dicitur autem vermis quaſi vertens vel quaſi verrens. quia in multas partes ſe vertit. q2 vl' verrit. i. ad partes oppoſitas ſe trahit. nõ enĩ ſicut ſerpentes ſquamatum niſibꝰ vermis repit. ſed in diuerſas partes corpuſculum ſuũ trahit. vt dicit Iſid. In vere tamẽ de latebris vermes exeunt et ideo forſan vermes a vno exitu nomen ſumunt. vt di. idem. Sunt autem vermium multe differentie ſicut dicit idem. nam quedam ſunt aquatici. et quidam terreſtres. Et iſtoꝝ quidam ſunt in herbis et oleribus. vt eruce et conſimiles. quidam in arboribus vt teredines. ⁊ quidam in veſtibus vt tinee. et quidã in carnibꝫ vt madones qui ex corrupta humiditate ĩ carnibus putridis generant̃. quidam in aĩalibus vt lumbrici ⁊ aſcarides in viſceribus. ſyrones in manibꝫ. pediculi ⁊ lẽdes in capitibus qui omnes ex humoribꝫ corruptis in aĩaliũ corporibus interius vl' exterius generant̃. Sunt et aliȷ̃ vmes terre longi ⁊ rotũdi molles ⁊ lubrici terrei quos in terra venant̃ talpe ⁊ quibus piſces in aquis capiũtur quãdo hami talibus vmibus ineſcantur. Et dicit Conſtant. q̄ tales vmes valent contra ſpaſmum ⁊ cõtractiõem neruoꝝ. Valent etiam cõtra morſum ſerpentis ⁊ ictũ ſcorpionis. Et inter vmes quidam ſunt q̃ omnino carent pedibus vt colubri ⁊ ſerpentes. ⁊ quidam ſunt qui multos habẽt pedes vt ſextupedes. et quidam ſunt valde pnicioſi ⁊ nature hominiſ inimici vt ſerpentes et ceteri venenoſi. Et ſunt q̃dam anuloſi corporis qui nõ hñt neruos nec oſſa nec ſpinas nec cartilagines nec ſãguinẽ ⁊ oẽs tales ſi in oleo tingunt̃ moriuntur. in aceto vo reuiuiſcũt vt di. Areſt. ⁊ Pli. Et ſunt q̃dã vmes q̃ generãt ⁊ generant̃ ⁊ quidã q̃ generant̃ ⁊ nõ generãt vt ſalamãdre. vt in talibꝫ nõ eſt ſexꝰ. his et multis aliȷ̃s modis vmes tam maiores q̃3 minores variantur.

## Capitulũ. CXIIII

De vermiculo

Vermiculus eſt vmis modicꝰ a vme diminutiue dictꝰ q̃les ſolẽt in lignis et fructibus inueniri. ſicut dauid. ij. reg. xxiij. tenerrimo ligni vmiculo compat̃ q̃ teredo vl' terebucca

dicitur qui cum ſit natura mollis lignū
duriſſimum pforat: imo nihil eſt duri⁹
eo dum tangit. nihil mollius dum tangi
tur vt dicit gloſa ibi. Vermis igitur pre
cipue terreſtris naſcitur ex humo et fo/
lijs ex fructibus et lignis. finita hyeme
pcedit de viſceribus terre tempe verno
ſalſa cauet et fugit. et aromatibus ꝛ ama
ris condita. non tangit veſtes lineas nō
rodit ſicut tinea laneam veſtem deſtruit
et conſumit et maxime illas veſtes lane
as conſumit vermis quarū carnes teti/
git dens lupinus. nam lana ouis deuora
te a lupis tineas generat et pediculos vt
dicit Areſt. li. viij. et Pli. li. x. Vil'ꝛ mol/
lis eſt vermiculus et rotundus. ſubtilia
et gracilia ſunt eius extrema et media
groſſiora. occulte mordet arborem et con
ſumit. plus ore ꝙ̄ pedibus ſe trahit. vi/
lis eſt flexibilis et exanguis. In omnibꝫ
vermibus eſt ſenſus tactus et guſtus. vt
dicit Plin. li. xi. cap̄. lxxi. vnde percepto
ſonitu vel ſtrepitu lateſcunt. inter ſapo/
res diſcernunt. amara enim et ſalſa re/
fugiunt vermes. et dulcia appetunt ac ſu
gunt. vnde dentibus alij pdantur. et alij
vnguibus et roſtris ad neceſſitatem ra/
piunt. alij acumine excauant. alij ſugūt.
lambunt. ſorbent. vomunt. mandūt. nec
minor eſt varietas in pedum miniſterio
vt rapiant. diſtrahant. premant. pende
ant terram fodere non ceſſant. vt di. Pli
nius ibidem. ſ. li. xi. ca. lxxi.

## Capitulum CXV

De vipera

Vipera eſt genus ſerpentis vene/
noſi de qua dicit Iſido. libro. xij
Vipera eſt dicta eo ꝙ vi pariat.
nam cum venter eius ad partū intumue
rit catuli non expectantes maturam na/
ture ſolutionē corroſis eius lateribꝫ. cū
matris interitu vi erumpunt. Dicitur
autem ꝙ maſculus ore inſerto in os vi/
pere ſemen expuat. illa autem ex volup/
tate libidinis in rabiem verſa caput ma
ris preſcindit. itaqꝫ fit ꝙ parens vterqꝫ
pereat. maſculus dum coit. femina dum
parit. Ex vipera fiunt paſtilli qui tyriſ/
ci tyriaci nominantur. ex quibus fit tyri

aca id eſt remedium contra venenū. De
viperis dicit Plinius libro. viij. cap̄. xl.
Vipera ſola inter ſerpentes in terre ca/
uernis ſe abſcondit. Alij aūt omnes ī ca/
uernis ſaxorum aut arborum ſe occul/
tant. famem ſuſtinent diutiſſime. in for
ti hyeme intra terre viſcera ſiue fiſſuras
ſe recolligit et prius euomito veneno vſ
qꝫ ad veris tempa dormit. Cum autem
calore ſolis pori terre aperiuntur. vipera
expgefacta egreditur de cauernis. et qꝛ
viſus eius ex longo mora cōtraxit in te
nebris caliginem. feniculi radicē vel her
bā querit et eius ſucco oculos linit hebe/
tatos. et ſic herbe guſtu oculos acuit vt vi
ſum recuperet quem amiſit. Eſt autē ty/
rus ſpecies vipere maxime venenoſitatis
de quo dicit Areſt. li. vij. Tyrus eſt ſicut
et tenethea id eſt cocodrillus latet in hye
me. ſed poſt expoliat corium qđ eſt inter
oculos ſuos ita ꝙ ille qui non cognoſcit
hoc accidens putat ꝙ ille cecus ſit. dein/
de aufert corium capitis totaliter vno
die. et ſua expoliatio eſt ſicut exitus
embrionis. et ſic renouatur quando de/
ponit ſenectutem. Item in eodem in fi/
ne. Inuenitur tyrus quidam quem ſer/
pentes magni fugiant ꝙ̄uis ſit paruus ꝛ
ſunt pili ſupra totum corpus ſuum. ꝛ qñ
mordet aliquid putreſcunt omnia q̄ ſūt
in circuitu morſus ſtatim. Et inuenitur
vnus paruus tyrus in india et morſus
eius eſt ita fortis ꝙ non inuenitur con/
tra ipſum medicina. De vipera di. Am
bro. in exameron. omnium ſerpentū ne
nequiſſimum eſt genus vipere que cū cu
piditatem aſſumpſerit coeundi murene
requirit copulam. pgrediturqꝫ ad litus
aque vbi credit murenulam latitare. ſi/
bilo autem euocat vipera murenulam ꝛ
prouocat ad amplexum. que vocata ſta/
tim adeſt. vipera autem videns eam ad
copulam preparatam totum venenum
ſuum euomit. et ad amplexum murenu
le tunc accedit. completo vero concubitu
vipera venenū qđ euomuerat haurit ite/
rum et reſumit. et ſic cum veneno reſum
pto reuertitur ad cauernam. Vipera in/
ſup vt di. Pli. li. xix. ca. i. lapidē quēdā
deglutit qđ percipientes ſcithe viperam

cante aſꝑiunt et lapidem eximunt. ⁊ eo
vtuntur contra venenum. Item ibidē
quem draco vel aſpis vulnerat caput vi
pere appoſitum vulneri ſanat. et ecōuer
ſo quem vipera pungit caro aſpidis at/
trahendo venenū vipere ſanare cōſueuit

# Incipit liber deci
mus nonus. de coloribus odoribus et ſa
poribus.

De ſcriptis ꝓprietatibus
rerum ſpūalium ⁊ corpo
ralium tam ſimplicium ꝙ̃
compoſitarū ꝓut ad ma
nus noſtras ꝑuenire po
tuerunt. Nunc poſtremo
de quibuſdam accidentibus corporalium
rerum ſubſtantias cōcomitantibus coo
perante diuina gratia eſt hic attendēdū.
Primo de colore. ſecundo de odore. ter/
tio de ſapore. vltimo de liquore. Color ē
dictus vt dicit Iſido. lib. xviij. eo ꝙ ca/
lore ignis vel claritate ſolis eſt perfectus
Vel color a colendo eſt dictus eo ꝙ co/
lantur colores ad hoc vt ſumme ſubtilita
tis ſint et intime puritatis. Colores au
tem quomodo naſcunt̄ aut fiunt. de his
quere infra in fine de coloribus. ¶ Eſt
autem color ſm̄ Areſto. in li. metha. ex/
tremitas ꝑſpicui in corpore terminato:
Rei eniȝ corporalis viſibilis ſuperficies
et terminus coloꝝ differentias quas re
cipit ex natura mixtionis elementorum
et dominio in corpore compoſito dicit. q̄
mixto ꝑſpicuo et dyaphano ꝑ actualem
vnionem lucis radiantis ſuper ipſam ter
minabilem et ꝑſpicui corporis ſuꝑficieȝ
viſui repſentat. Et ꝓpter hoc dicit Are.
in. ij. lib. de anima. ꝙ color eſt motiu⁹ vi
ſus ſcḋm actum lucidi. nam lux eſt actus
⁊ ꝑfectio lucidi ſeu ꝑſpicui. Naturā enī
coloris in corpore mixto ex alicuius ele/
menti dominio eſſentialiter exiſtētis ꝓ/
ducit lux ad actum immutatiōis viſus:
Quamuis enim color naturaliter et eſ/
ſentialiter ſit in mixto non tamen habȝ
potentiam manifeſtandi ſe niſi ꝑ lucem
ſuper ipſius ſuperficiem actualiter radiā

tem. Unde color ad ſui manifeſtationē
ſemper indiget luce. ſed non ecōuerſo. q̄
lux ad ſui manifeſtatiōem nō indiget co
lore ſicut color indiget luce actualiter ex
iſtente vt luce mediāte coloris qualitas
viſus organo imprimatur. Et ideo po/
ſuerunt aliqui ꝙ ratio viſibilis radicali/
ter et formaliter eſt in luce. q̄ ipſa ſubla/
ta rei colorate qualitas viſui non appa/
ret. Habet autem color actualem eſſen/
tiam in tenebris vt dicit cōmen. in ſecū
do de anima de immutatione viſus ⁊ co
loris. nō enim creat lux colorem cum in
ſua actualitate ex dominio elementi ſit
in mixto ſed lux extrinſeca diffuſa ſuper
colorem ⁊ ſuper medium diſponit ipſuȝ
medium dando ei formam ꝑ quam poſ/
ſit recipere ſpeciem coloris. et ideo per lu
cem fit diſpoſitiue immutatio in medio
per qḋ defertur coloris differentia ad or
ganum viſus vbi fit iudiciū de colore. et
ideo in tenebris remanēt colores ī ſue
eſſentie actualitate ſicut expreſſe di. cō/
men. ſuper id ꝑſpectiue. lib. i. ca. vi. ꝙ lux
non exigitur ad viſionem coloꝝ niſi ꝓ al/
tera duarum cauſaꝝ. aut q̄ ſine luce non
extendunt̄ forme coloꝝ in aere. aut q̄ ſi
tunc extendunt̄ non opantur in viſum
ꝑ lucem. vn̄ ad exn̄tiam coloris nō exigi
tur. ſed tm̄ ad eius manifeſtatiōem. ⁊ ꝗ̃
uis non manifeſtet̄ in tenebris color ꝓp̄
hoc non erit ſuꝑfluus vel ocioſus cū ſem
per ꝑficiat ſuam naturam ⁊ ſubſtantiaȝ.
Eo ꝙ nō videtur in tenebris nō eſt ex de
fectu coloris. ſed potius ex defectu a pte
recipiētis eo ꝙ nō habeat diſpoſitionem
quam oportet ipm̄ habere. Si ergo alicu
bi dicūt autores colorem nō eſſe in actu
ſine luce intelligendū eſt de actu mani/
feſtandi quo ad viſum. nō de actu exiſten
di. Ornat itaqȝ lux extrinſeca colores ⁊
decorat. ⁊ ipſos pri⁹ exn̄tes in eſſe ſpecifi
co viſui manifeſtat. nō tm̄ primit⁹ eos cau
ſat. et hoc intelligo de luce infuſa extrin
ſec⁹ ſuꝑ res. Nā vt⁹ lucis celeſtis ad ite
riora reꝝ inuiſibilr̄ penetrās cooꝑantibꝫ
q̄tuor elemētoꝝ q̄litatibꝫ colores ꝓcre/
at atqȝ cauſat ⁊ ſic generatos ⁊ exn̄tes ī
eē ſpecifico ſuꝑueniēs lux viſibilis darī
ficat nobilitat ⁊ oculis manifeſtat.